



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

II. Tractatvs De Vera Diffidentia suijsius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

71  
TRACTA-  
TVS DE VERA  
DIFFIDENTIA

SVI IPSIVS

*Qua homo suis viribus diffidens, om-  
nem omnino fiduciam in Deo collocat,  
honorumq; operum praesidio, quatenus  
Deo, eiusq; favore & gratia nituitur.  
Cuius confidentia beneficio & profectus  
spiritualis acquiritur, & ad omnium  
virtutum perfectionem ascenditur.*

PROOEMIUM.

**Q**VONIAM in priore Tra-  
ctatu cohortati sumus om-  
nes fideles ad profectum  
spiritualem, conveniens  
est, ut in hoc secundo agamus de vera  
sui ipsius diffidentia. Nam simulatque  
homini Christiano veram solida-  
rumque virtutum pulchritudine & per-  
fectione allecto semel persuasum est,  
ut operans deo profectui spirituali ani-  
mae suae, mox incipit manum tam san-  
cto operi, cum desiderio eas pectori  
Deo in pri

72 TRACTATUS DE VERA  
primendi, adhibere. Vt verò labor hic  
tam pretiosus, tamque diuinis oculis  
gratus salutarem sortiatur exitū, Deus  
primæ lectionis loco illi inculcat sui  
ipsius omniumque humanarum vi-  
rium diffidentiam vt hoc fundamen-  
to iacto viuis dein de coloribus in eius  
animo pulcherrimum omnium virtu-  
tum chorum, qui non est aliud quam  
viva infinitæ suæ pulchritudinis effi-  
gies, depingat. Varijs autem mirabili-  
busque tam in rem vtitur medijs, per-  
suadet nimirum in virtutum negotio  
diffidentiam sui summo in pretio ha-  
bendam: viuas inspirationes immittit  
vt prorsus sibi diffidat, luce noua &  
extraordinaria illustrat, vt imbecillita-  
tem suam, suamque, vt ita loquar, ni-  
hil penitus agnoscat, atque ita omnē  
confidentiam in solū Deum projiciat  
Eundem in finem tam grauib; tenta-  
tionibus eum exagitari sinit, vt expe-  
rientia ipsa discat se ijs vincendis im-  
parem, diuinoq; intelligat opus esse  
subsidio.

QVOD si his medijs, cæteroquin  
suauibus, nihil efficiat, aggreditur al-  
terioribus, & maiori cum periculo cō-  
iunctis,

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 79

unctis, vt dum finit eum labi in graue  
aliquod delictum, vt agnoscens fædi-  
tatem lapsus respiscat, ac discat non  
suz amplius fidere industriae. Verum,  
quia medium hoc infaustum est, & la-  
crymis potius, quam laude dignum,  
non usurpat illud DEVS, nisi quando  
homo suauioribus, salubrioribusq; im-  
pelli non potest in istam sui diffiden-  
tiam, ac interdum etiam, vt occultam  
quandam in eo superbiam castiget, vt  
postea dicemus. Nō absimilis est DEVS  
in hac re sapienti architecto, qui ædifi-  
caturus ingens & peruentum tem-  
plum primum locat fundamenta, cui  
totam molem securè imponere deinde  
queat: sic enim DEVS in animo hominis  
exstructurus elegantissimum templū,  
in quo cum voluptate commoretur,  
virtutum scilicet oranium domiciliū,  
primo iacit fundamentū, hoc est, diffi-  
dentiam sui, vt securè deinde reliquam  
virtutum structurā, donec ad perfectio-  
nis fastigium educatur, imponere pos-  
sit. Cū qua doctrina non pugnat, quod  
B. AVGVSTINVS, alijque sancti perhi-  
bent humilitatem esse omnium vir-  
tutum fundamentū. diffidentia enim

D 7.

svi

*Aug. de  
verb. d.  
serm. 10.  
S. Tho. 2 2.  
q. 61. a. 3.  
ad. 2.*

## 74 TRACTATVS DE VERA

sui est primarius humilitatis actus, sic  
 prorsus, vt ratione diffidētia nomē sū  
 damētū illi imprimis cōpetat.

ATQ; hic mirāda se prodit DEI pro-  
 uidētia, quod hūc diffidētia sui spiritū,  
 omnib⁹ mūdi sapiētibus ignorū, nō e-  
 ruditis magnoq; ingenij acumine prae-  
 dicitis, qui magnificē de se sentiūt, com-  
 municet, sed ijs tā ū qui syncerē, posito  
 omni fastu, cum profectus spiritalis de-  
 siderio illi seruire, etiā ū plebei, & litte-  
 rarū ignari sint, instituerint: idq; tā ma-  
 nifestē & perfectē facit, vt liquidō appa-  
 reat Docto. ē eorum nō fuisse de terra,  
 sed de caelo, nō hominē mortalem, sed  
 DEVM: qui vt solus creauit animas deni-  
 hilo ad suā imaginē & similitudinē, sic  
 volēs easdē reformare ad eādem sui  
 imaginem, ipse eas interius docet, quā  
 nullus hominum docere potest. Cate-  
 rum, quia DEVS operatur in creaturis  
 suauiter, hoc est, cōueniētē ad ipsorū  
 naturā, vult hominē, quoniā libera vo-  
 lūtate praeditus est, suā quoque operā  
 ad erigendum virtutum aedificium,  
 iaciendūq; fundamentū liberē accom-  
 modare, secumq; operari: vnde sequi-  
 tur, discessum hominis à statu peccati,  
 & conuersionem ad DEVM, esse non so-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 79

lum Dei opus, sed etiam eiusdem hominis. Post conversionem verò peractam, progressum eiusdē in cursu virtutum sic esse opus DEI, ut etiam sit opus eiusdem hominis. Qua de causa B.

1. Cor. 9.

PAVLVS sic alloquitur fideles. *Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis*, ut indicaret, quicquid in illis tanquam in templo, vel agro laboratum vel aedificatum

Ephes. 2.

esset, id opera DEI perfectum. alibi verò eos hortatur ut ipsi quoque in aedificando templo sancto laborent, ut significaret nostram quoque industriam divinae operationi adiungendam.

ITA QUOD opus sit liberi nostri arbitrii cooperatione, ut aliquis diffidentiae illius gustus cordi à Deo imprimatur: utile sanè, imò necessarium est exponere, in quo diffidentia illa consistat, & quibus medijs a Deo obtineri possit, quod spero me, divina adiuuante gratia, hoc tractatu perfecisse. Quia verò virtutis cuiusque natura & accuratè cognoscitur, & perfectè acquiritur, quando vitium ei contrarium nobis bene est perspectum & exploratum, deinde de consuetudine nimia sui illi contraria, proximè agendum erit. Ad enim verissimè de humilitate eius-

76 DIFFIDENTIA SVI IPSIVS.

*2. Tho. 22.* eiusque actibus dicitur, eam ex sui cō-  
*9. 61. 2. 5.* trarij notitia clarius cognosci. Idcirco  
enim humilitas omnium virtutum  
fundamentum dicitur, quod radicitus  
è corde humano euellat superbiam, quæ  
omnium virtutū capitalis est hostis.

CAPVT. I.

*Quantopere profectum spiritalem impa-*  
*diat homo suis viribus fidens, & qua*  
*mala inde pullulent.*

CERTISSIMUM est inter om-  
nia virtutum, mediorumque  
quibus acquiruntur impedimē-  
ta maximum, perniciosissimumque,  
& quasi cæterorum radicem esse inor-  
dinatam confidentiam sui: in quam  
eo procliuius labimur, quo certius no-  
bis cōstat nos libero arbitrio præditos,  
nostræque voluntatis & industriæ vo-  
luntario concursu ad consequendam  
virtutum perfectionem, earumque  
actiones exercendas, opus esse, hinc e-  
nim sit ut nimium sæpe viribus & co-  
natus nostris tribuamus, & plus æ-  
quo in animo efferamur, ac tandem  
in tetrum superbiam flagitium, eiusque  
damna grauissima incidamus. Vnde  
diuina

DIFFERENTIA SVI IPSIVS 77

diuina scriptura in Prouerbijis. *Qui, inquit, confidit in cogitationibus suis, impie agit* id est, qui viribus suis præsidens conatus suos exequi molitur, impietatis in Deum scelus committit. Et a-

*Prov. 16.*

libi in eodem libro dicit. *Qui confidit in corde suo, stultus est.* ac si diceret. *Qui fidit suo iudicio, suisq; consilijs, cordis proprij iudicijs, non solum errat, sed etiam ingentem stultitiam prodit.* De hoc quoque peccato spiritus sanctus dixit per ieremiam. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachiū suū.* Erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit eum venerit bonū: sed habitabit inficitate in deserto in terra saluginis & inhabitabilis. Cuiusmodi penitus est qui fiduciam omnem collocat in suis, vel alterius creaturæ viribus: neque aliam fortietur conatuū suorum exitum, quam ut ab omnibus diuinis præsidijs desertus, nullo edito fructu spirituali detrudatur in ignem æternum.

*Ibid. 28.*

*Ierem. 17.*

Quod sane vitium eo magis pertimescendum est, quo minus agnosci consuevit, eo quod spirituale sit & occultum: deinde quia lapsus in illud nul-



76 TRACTATUS DE VERA

nulli pudori, ut alia multa, est obnox-  
 ius, tum quia homo natura sua in il-  
 lud propendet: Quotusenim quisq;  
 est qui non se suaq; magni faciat; deni-  
 que quia consentaneum videtur quo-  
 dammodo rationi, licet falso. Quare o-  
 peræ pretium facturi videmur, si huius  
 peccati prauitatem, & detrimenta tam  
 temporalia quam spiritualia, quæ ex il-  
 lo ceu fonte, filijs Adæ contigerunt,  
 patefaciamus: prætermittis tamen ex-  
 emplis eorum qui palam impij & sce-  
 lerati exiterunt, & quia nimium confi-  
 si fuere suæ potentia, publicè pude-  
 facti & castigati sunt à DEO. Qualis  
 fuit ille fortissimus Gigas Goliath, qui  
 cum solus perterrefacere, totosq; fuga-  
 re posset exercitus, tamen quia plus ni-  
 mio robori suo armisq; fidebat, ab ad-  
 lescenti pastorculo solo baculo & fun-  
 da instructo victus & occisus est. Qua-  
 lis erat potentissimus belli Dux Holo-  
 fernes, qui cum plus æquo copijs suis,  
 artiq; bellicæ cōfideret, diuino iudicio  
 in potestatē vnius fragilis femine ve-  
 nit, quæ caput eius à ceruice resecuit,  
 & totū eius exercitū dissipauit. Qualis  
 erat magnus ille Chaldæorū monarcha

*1 Reg. 17.*

*Judith. c. 2.*

*Dan. 4.*

Na-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 79

Nabuchodonozor, qui cū potētia suā  
nimium sibi teret, vti significauit cum o-  
culis in urbem Babylonē. *ō cētis dice-  
ret. Nonne hac est Babilō magna, quā e-  
go adificauit in domū regni, in robore for-  
titudinis meae, & in gloria decoris mei?*  
ilico de caelo vocem audiuit, qua simul  
regno & ratione priuatus est, iussus in-  
ter bestias & feras versari, sanūq; ac  
si bos esset, comedere. *Qualis erat &*  
*Rex iuda Asia, qui quoniā p. fugiū*  
*suū habuit ad regē Syriæ, cum bello im-  
petarus est ab hostibus suis, infeliciter*  
*depugnauit, sicut exprobrauit illi Ha-*  
*nani propheta dicens. Quia habuisti fide-*  
*riā in rege Syriæ, & nō Dominō Deo tuo,*  
*idcirco euasit Syria regis exercitus de-*  
*manatua idē, quia nec in infirmitate sua*  
*quesiuit Dominū, sed magis in medicorū*  
*arte cōsilius est, vt ibidem dicit scriptu-*  
*ra, dormiuit cum Patribus suis.*  
Prætermissis ergo his & alijs similibus  
hominibus, quorū arrogantiā, nitiā-  
que cōfidentia sui nō dubiū est fuisse  
Deo ingrati & exosa, agem<sup>us</sup> tātū deijs,  
qui licet probi fuerint, bonūq; scopū  
in negotijs alioquin licitis propositū  
habuerint, tamē idcirco subinde graui<sup>ter</sup>  
delique-

2. PAR. 16.

20 TRACTATUS DE VERO

deliquerunt, quod passi sint per nimiam incuriam occultè hunc confidentiæ morbum in animum irrepere. Cogitamus enim hic documenta tradere illis, qui iam virtutis studium sunt complexi.

CAPVT II.

*Vitio confidentiæ nimia fieri, ut pia desideria ac proposita, & bona opera nobis pereant.*

**D**EVS hominibus suggerit saluaria desideria & vota vitæ emendandæ, cauendi peccata in quæ aliàs incidere, virtutum opera legibus imperata præstandi inspirationibus cõsilijsque diuinis obsequendi. Vnde, qui elatus fuit & superbus, apud animum suum proponit se velle humiliter alijs subesse, & cedere, nec amplius lapsus suos excusare, Qui impatiens, se qualemcumque iniuriam sibi illatam æquo animo toleraturum, neque vilo asperiore verbo contra proximum vsurum, qui in precibus deuotus, audiendi que, vel legendi & meditandi verbi Dei fuit studiosus, proponit se e-

dendi

CONFIDENTIA SVI IPSIVS 81

desiderandi bibendique cupiditatem refrenaturum, oculos à rerum vanarum, aspectu cohibiturum, mortificandæ carni & voluntati suæ. hoc illouè genere penitentia vel humilitatis, vacaturum: & tamen paulo post omnium horum piorum propositorum à Deo inspiratorum obliuiscuntur & nihil prorsus præstant, imò oblata occasione minimæ tentationis omninò contrariū faciunt.

Cv. vs rei causa est, quod pia illa desideria non attribuunt fonti, è quo manarunt, nempe diuinæ liberalitati, sed sibi, existimantque se sua industria & studio posse perficere, non auxilio diuino: idque crebrò contingit homini nihil aduertenti eo quod natura per peccatum corrupta magna vitium inclinet ad confidentiam sui, ut quicquid boni vel cogitat vel facit sibi adscribat. Vnde quia homo incurius non obseruat huiusmodi naturæ corruptæ motus, nec cum humilitate eis resistit, imprudensque delabatur in consensum, fit ut incidat in noxam inordinatæ confidentiæ sui, damnaque in illa dicta incurat, hoc est, ut pia desiderandi

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 81

ria & vota euanescent, & tentationes  
occurrentes præualeant.

*Eccle. 6.* Huius noxæ & damni, quod ex ea se-  
quitur, monuit nos spiritus sanctus di-  
cens. *Non te extollas in cogitatione ani-  
mæ tuæ, velut taurus, ne elidatur virtus  
tua per stultitiã, & folia tua comedat,  
& fructus tuos perdat, & relinquaris vo-  
luti lignum aridum in eremo.* Quibus  
verbis Deus hominem hortatur, ne ni-  
mium confidat desiderijs cordis sui,  
nec sinat se instar tauri, quod animal  
superbũ est, impetu perturbationũ in-  
transuersum rapi, sed humiliter potius  
illis resistat, ne pariter & boni propositi  
dono, & diuina gratia destituatur, atq̃  
ita omni virtutũ bonorumq̃ operum  
fructu, spoliatur.

HABEMVS huius rei exempla notabi-  
lia in diuinis litteris. S. Petrus nocte ex-  
tremæ cenæ fuisse propositum  
se nulla ratione in animum admissu-  
rum vel scã dalum, vel cogitationẽ de  
negando CHRISTO, immo potius vitæ  
sue periculũ aditurũ, sic vt toto pectore  
diceret. *Etiã si oportuerit me mori tecũ,  
nõ te negabo: & tamẽ paulo post propo-  
siti immemor, capto Christo aufugit,  
& ter cũ negauit, Cuius lapsus nõ alia*

81 TRACTATUS DE VERA

alia sanè causa fuit, quã quod nimium  
suis fuerit cõfusus virib<sup>9</sup>, vrlinet ex  
verbis quib<sup>9</sup> se omnibus Apostolis pre  
tulit, dicit. *Et si omnes se scandalizati fue  
rint in te, ego nõquã scandalizabor, & cõ*  
CHRISTVS ei affirmatè prædiceret. *A  
mẽ dico tibi, quia in hac nocte antequã  
gallus cantet, ter me negabis.* excluso  
omni imbecillitatis metu audacter res  
põdit, se poti<sup>9</sup> moriturũ, quã negaturũ.

QVOD accidit B. Petro, cũ esset adhuc  
imperfect<sup>9</sup>, nõ dum, scilicet plenitudi  
ne spiritus sãcti in eum delapsa, id vsu  
uenire solet quotidie fidelib<sup>9</sup>, vt idcir  
co bonis propositis non faciant satis,  
quod plus æquo præfidãt suis viribus,  
ob hoc enim vitium subtrahit illis DEVS  
auxilium efficax, cuius beneficio per  
ficere illa poterant, si fiduciam omnẽ  
in Deo collocassent sic docent S. Chry  
sostomus & Theophylactus, dũ a  
gunt de Apostolorum atque impi  
mis S. Petri lapsu. Exemplum huius  
rei singulare habemus in diuina  
scriptura de rege Amasia bellum gestu  
ro contra Idumzcos: Nam cum su  
pra trecenta millia suorum, de Israhel  
centum talentis argenti alia centum  
millia

*Chryf.  
hom. 23.  
in Marc.  
Theoph.  
Marci. 14.*

84 TRACTATUS DE VERA

millia armatorum conduxisset, venit  
ad eum propheta à DEO missus, & ait  
*2. Cor. 25.* *O rex ne tecum egrediatur exercitus  
Israel, non est enim Dominus cum Isra-  
hel. Quod si putas in robore exercitus  
bella consistere, superari te faciet Deus  
ab hostibus. Dei quippe est & adiuuare,  
& in fugam conuerti. His verbis qua  
rex paruit, & copias Israeliticas dimi-  
sit, victoriam, decem millibus Idumae-  
orum caesis, obtinuit, quam certe non  
obtinuisset, si viribus copiarum suarum  
confisus, & non DEI in pugnam peti-  
rexisset.*

ADVERTANT ergo serui dei, ut  
quoties senserint animum pio aliquo  
desiderio vel proposito tangi, pro DEO  
dono diuinitus collato illud recipiant  
*2. Cor. 3.* *nam, ut ait S. Paulus, non sumus suffici-  
entes cogitare aliquid boni à nobis quod  
ex nobis, sed omnis sufficientia bonum  
cogitandi vel loquendi ex DEO est, de-  
inde propositum illud magni faciant,  
& cum grati animi significatione, se ad  
suis viribus, sed DEI auxilio comple-  
turos expectent. DEVS enim, teste co-  
*Philip. 2.* *perficere pro bona sua voluntate. Quam  
admo-**

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 89

admodum enim inops mendicus, cui  
ne obolus quidem suppetit in crume-  
na, tamen sperat, non industria sua, sed  
liberalitate piorum Christianorum vi-  
ctum quotidianum, si humiliter petat,  
non defuturum; sic quilibet Christi  
seruus pio aliquo desiderio flagrans,  
confidere debet bonitati diuinæ, se re-  
ipsa illud expleturum, si cælestis gra-  
tiæ eleemosynam ad hoc postulet, sæ-  
pe offerendo Christi, passionisq; eius  
merita, si sanctissimæ Virginis Mariæ  
& Sanctorum patrocinia imploret, ac  
dicat cum David: *Opera manuum no-*  
*strarum dirige super nos. Et opus ma-*  
*num nostrarum dirige. Et. Esto mihi*  
*in Deū protectorem Et in domū refugii.*  
respice in orationes nostras & desi-  
deria. respice in faciem Christi tui, cu-  
ius meritis confidimus nos impetra-  
turos, quod postulamus.

*Psal. 89.*

*Ps 30.*

CAPVT III

*Vitio confidentia sui hominem vinci à*  
*tentationibus.*

QVOD diximus de piorum desi-  
deriorum executione, dicendum  
quoq; est de tentationibus, quas  
E homo



88 TRACTATVS DE VERA

Ind. 20,

homo quidē vincere conatur, sed cre-  
bro post inchoatam pugnam ab illis  
vincitur: non alia de causa, quam quia  
solis viribus suis nixus pugnam fuit  
aggressus. in libris Iudicū diuina scrip-  
tura commemorat: Deum tam graui-  
ter successisse quibusdam viris ē tri-  
bu Benjamin quod vim intulissent  
cuidam mulieri coniugatae, vt manda-  
rit reliquis vndecim tribubus, vt tota  
tribum Benjamin ob hoc scelus patta-  
tum ē medio tollerent. Quadrage-  
nā hominum millia ex vndecim tribu-  
bus repente coacta sunt, aduersus vigi-  
tinq; millia tribus Benjamin. Bel-  
lum erat iustum, mandato nempe Dei  
indictum, dux belli item à deo decre-  
tus, & tamen primo congressu viginti  
octo millia, altero verò decem & octo  
millia ē filijs Iſrahel ab hoste caesa sunt.  
Quae verò causa fuit huius tam inex-  
pectati euentus, vt fortiores, ac à Deo  
ad pugnam amandati, cedant imbecil-  
loribus? scriptura ipsa causam mani-  
festat, dicēs: *filios Iſrahel & fortitudine &*  
*numero cōfidentes acie direxiss.* Quācūq;  
de admoniti agnouissent, conuenere  
in domum Dei, fidentes steterunt co-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 78

ram Domino, ieiunârunt vsq; ad vesperâ, & obrulerūt holocausta, atq; victimas; atq; ita cōfisi Deo, nō viribus suis, tertio hostē inuasere, & victoriâ retulerunt, trucidatis viginti quinque hominū millibus. sic vt è tota tribu non nisi sexcenti remanserint superstites, quibus vitam condonârunt.

IDEM prorsus contingit in conspectu spirituali. Hostes nostri sunt, princeps tenebrarum, mundus, & propria caro, contra quos conflegendum est. Bellū à parte nostra iustum est, & mandato Dei indictum, nec desunt nobis arma, & magna ad pugnādū subsidia, & tamē saepenumero succumbimus, & in mortem noxæ pēnēq; æternæ miserè detrudimur. qua verò de causa? quia industriæ nostræ cōfisi, nō diuino auxilio arma corripimus. Id præclarè animaduertit S. BASILIVS: Qui seruiūt Deo inquit, à demone frequētib; & varijs temptationibus agitātur, tristitia, & diffidentia de Deo, vt bona inchoata deserant, vt non perseuerent, vt existiment se Deo caros non esse, vt locum societatis, rationēq; viuendi, cū alia seueriore cō-

*Basilio  
instit. de  
vita per  
secta*

88 TRACTATUS DE VERA

mutent, in qua demon nouit plura fore  
ad labendum pericula. His alijsq; id ge-  
nus tentationibus speciem boni pra se fe-  
rentibus Damo seruos DEI aggreditur.  
Quos vero vincit? Eos, inquit, vincit,  
qui plus e quo cōfidunt sibi. Vnde, addit,  
vidimus multos, magna virtute pradi-  
tos, & testimonio aliorū probatos, quos  
malignus spiritus per nimiam istam cō-  
fidentiam precipites egit. Hucusq; Ba-  
silius. Quare non dubitauit quidam  
sanctus vir, & in virtutum studio exer-  
citus asseuerare, quoties seruus Dei  
pietatis amans a tentatione vincitur,  
id euenire, vel quia ante tentationem  
non implorauit diuinum auxilium, aut  
quia viribus suis fidens depugnauit.  
Id vero exponit his verbis considera-  
tione dignissimis. Non orandum est cō-  
tra tentationem ne eueniat, sed ne decipi-  
at, aut inuoluat, cum venerit. Si vero  
tentatio ex vehementia quompiam sub-  
uertit, aut ante, ne subuert eret, humili-  
ter non fuit oratum, aut talis superbia  
in anima insidebat, quae per casum ten-  
tationis propellenda erat.

COLLIGAMUS fructum ex hoc caelesti  
documento, & contra animae nostrae  
hostes

Simon de  
Cassia .lib.  
4.6.6.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 89

hostes viriliter dimicemus, eorumque  
tentationes : diffidamus viribus no-  
stris, quia ob imbecillitatem suam ni-  
hil sine auxilio diuino, vt diximus, ffi-  
cere possunt contra tam potentes ini-  
micos, nihil enim in hoc mundo est,  
quod eorum potentiam exæquet : ex-  
pectemus autem & robur & victoriã  
a potentissimo DEO, confidendo in e-  
ius præsidio, idq; propter IESV CHRIS-  
TI merita, qui tanquam homo & Sal-  
uator promeruit nobis vires ac gratiã  
ad vincendum. tanquam verò DEVS,  
creator, & prima causa eandẽ largitur,  
& prouocat nos ad pugnam & victo-  
riam dicens: *In mundo pressuram habe-  
bitis, sed confidite, ego vici mundum,* ac  
si diceret *Ego vici, vt vos vinceretis,* pro-  
merendo vobis gratiam & auxilium. *Ioã. 16.*  
Id confitetur & S. Paulus, & quasi sum-  
mo beneficio affectus eterno Patri gra-  
tias agit dicens. *Deo gratias, qui dedit  
nobis victoriam per Dominum nostrum  
IESVM Christum.* Neq; satis est illi affir-  
mare, DEVM esse, qui nobis manũ per-  
merita IESV Christi præberad expug-  
nandum tentationes & peccata, sed,  
quod eo amplius est, Deum vincere & *2. Cor. 2.*

E 3

tri

90 TRACTAVS DE VERA

triumphare per nos in Christo saluato  
re nostro, vt indicet, quam purè ad au-  
torem Deum referendæ sint omnes  
victoriæ: ille liquidè ipse est, qui & ro-  
bur suppeditat, & respia ad pugna &  
victoriam per nos concurrit, & libertate-  
tem ac voluntatem, quæ ad vincendū  
necessaria est, suggerit, ac deniq; & gra-  
tiam, qua opus habemus ad vincendū  
cum merito impetit.

*v. Paral. 5.*

NARRAT diuina scriptura filios Isra-  
hel è tribu Ruben Gad & Manass, cū  
dimicarent contra Agarenos, eorumq;  
confederatos numero & viribus potē-  
tes, victoriam reportasse, eamq; ad-  
dit, quod non confisi viribus suis Deū

*2 Mach. 15.*

inuo. ariet cum præliarētur idem cō-  
memorat de Machabæis, qui cum ma-  
nu pugnātes, corde innocabāt Deum,  
exiguis copijs magnos hostium reb. l.  
labant exercitus. Haud secus confugē-  
dum nobis est in bello spirituali, nem-  
pe diffidendo omnino viribus nostris,  
omnemq; fiduciam in Deum proje-  
do: nec solum ante pugnam, sed in ip-  
so quoq; pugna æstu diuinum implo-  
randum est auxilium, vt possimus  
dicere

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS** 97

dicere cum S. Paulo *Omnia possum Phil 4o*  
non in me, sed in eo qui me confortat.  
Magno solatio esse debet homini  
fieri, sic à Deo statutum esse, ut  
vincat ipse non suis solis, sed Dei  
quoque viribus: & sic mandatum,  
ut vires suas, quatenus suas, contem-  
nat, totamque fiduciam in viribus  
DEI collocet.

Nam si respiciamus ad vires no-  
stras, quamvis parvus labor in pugna  
subeundus esset, cum imbecilli hoste  
certandum, amen exanimaremur, &  
deficeremus: si verò respiciamus ad vi-  
res divinas, quæ certis limitibus  
circumscriptæ non sunt, sed in-  
finitum augescere queunt, contra  
potentissimos quoque inimicos sem-  
per confidere possumus nos victo-  
riam consecuturos.

Quocirca, quo copiosior  
fuerit hostium numerus, maiore-  
que industria & labore opus fuerit,  
hoc certius credere debemus, poten-  
tiora affore nobis à Deo ad vincen-  
dum præsidia & adiumenta, & factum  
ut loquitur Apostolus, cum tentatione  
E 4 pro

92 TRACTATUS DE VERA

1. Cor. 10.

prouentum, ut possimus sustinere. Hic  
modus pugnandi contra tentationes,  
diffidendo viribus suis, vehementer  
& magna exaggeratione commenda-  
tur ab omnibus sanctis, qui luce diui-  
na illustrati longa experientia didicerit,  
id vnicum efficacissimumq; esse anti-  
dotum ad expugnandas quasuis ten-  
tationes, ac etiam ad impetranda pre-  
sentissima à Deo auxilia, atq; imprimis  
donū summae fiduciae in DEO.

Cass. coll. 5.  
64. 7.

tur. Vnde sanctus abbas Desapona  
pud Cassianum agens de remedijs ten-  
tationum affirmatam pugnationis ex-  
iminatione a teruo de sp. et aliter. Et in-  
giter esse peccandam impossibile namq;  
est, inquit, de quolibet passione trium-  
phum quempiam promereri, priusquam  
intellexerit industria vel labore proprio  
victorias. certaminis semet obtinere nō  
posse, eum tamen ut valeat emundari,  
necesse sit eum diu noctuq; in omni cura  
& sollicitudine permanere. Et venera-

Rich. in  
Gant. c. 21.

bilis Richardus de S. Victore eandem  
doctrinā confirmans in hæc verba scri-  
bit. Impossibile est quempiam de seipso  
triumphare posse, donec experimento dis-  
dicerit

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 93

si dixerit propria virtute se non posse ob-  
tinere triumphum. Declarans autem,  
quomodo hac diffidentia sui homo,  
perueniat ad purissimam fiduciã DEI,  
cum qua, vt loquitur Christus, omnia  
homini sunt possibilis, addit. *Quantũ  
fideles de se diffidunt, tantum in diuina  
spei adiutorio confidunt, & quantum de  
se infirmantur, tantũ fortes sunt & po-  
tentes in DEO.*

C A P V T. IV.

*Confirmatur, quod dictum est, sacri Euã-  
gelij testimonio.*

**D**OCTRINAM iam traditam  
CHRISTVS in Euangelio ad-  
miranda quadam similitudine  
tali Magistro digna ob oculos posuit.  
Omnis, inquit, qui venit ad me, & au- LUC. 6.  
dit sermones meos, & facit eos, ostendã  
vobis cui similis sit: similis est homini a-  
dificanti domum, qui fodit in altũ, &  
posuit fundamentum super petram. in-  
undatione autem facta illisum est flumẽ  
domui illi, & non potuit eam mouere  
fundata enim erat super petram. Qu-  
autem audit, & non facit, similis est ho-  
mini adificanti domum suam super ter-

E 3

ran-



## 94 TRACTATUS DE VERA

ram sine fundamento : in quam illi  
 sus est fluvius, & continuo cecidit, &  
 facta est ruina domus illius magna. Pro  
 fundè effodere terram ad ædificandã  
 domum homo dicitur, quando firmi-  
 ter in animo constituit, audire verbum  
 Dei, & toto pectore diuinis obsequi  
 præceptis, sic prorsus, vt non solùm lin-  
 gua profiteatur se seruiturum DEO,  
 optetq; serio esse in numero bonorũ,  
 sed vt intimo corde decernat potius  
 iacturam facere omnium, quam mi-  
 nimũ præuaricari dei præceptũ. Tunc  
 verò fundamentum locat in petra soli-  
 da, & domum super illam erigit, quan-  
 do in suis bonis propositis, atque eo-  
 runde in executione, & reliquis pijs  
 exercitijs non præfidit viribus suis,  
 sed diuino auxilio: nã teste Apostolo,  
 Christus petra & fundamentum est.  
 Quid verò hinc sequitur, quando ho-  
 mo omnem fiduciam in Christo col-  
 locat, non in viribus suis? nempe, vt  
 magni licet tentationum diabolicarũ  
 & calamitatum fluctus irruant in illũ,  
 grauiusq; concutiant, nõ possint ta-  
 men illum vel minimum de statu vir-  
 tutis deiecere.

2 Cor. 3. 10.

vj

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 95

QVI vero aures præbet verbo diuino, & ædificat super terram sine iudamento, est Christianus qui vacat qui dem operibus bonis, & ex ijs quasi spiritale ædificium erigit, sed duo negligit, vel quod firmum & constans propositum non faciat quavis occasione abstinendi à peccatis, vel nimium fidat suę industrię, & nõ diuinę gratię, quod est ædificare nõ iacto solido fundamento, Quid verò hinc cõsequitur? vt multis licet pijs operibus ornatus & instructus, tamen minima tentatione impendente cum magno suo damno, & proximi scandalo in peccatum lethale corruat, vt omnium præteritorum bonorum iacturam faciat. Quæ de re Caiet. in hunc locum scribēs, sic loquitur. *Hic describi vides ruinam hominis, qui congeriem operum suorum adificauit super non integrum, seu non firmum usq; ad intima cordis penetrans propositum perseverandi in omnibus, vel propositum non fundauit super Christum hoc est, non est fiducia eius innixa super Christum, sed super viribus proprijs armis. Veroque enim m. do. are. v. v. rum fundamentum. Preterea prim. um*

Caiet. in

sequo-

94 TRACTVS DE VERÁ  
*siquidem deest profunditas, & propter  
secundum deest petra.*

Hæc æternæ sapientiæ doctrina,  
magna reuerētia & gratiarum actione  
amplectenda est, & diligentissimè ex-  
ercenda, tum cauendo huius hominis  
defectus, qui licet fide, multisq; bonis  
operibus instructus esset, tamen firmo  
non peccandi proposito destitutus e-  
rat, & vt non fuisset, tamen suis viri-  
bus conatibusq; plus nimio tribuebat:  
tum etiam imitando sapientes veri-  
Dei serui exemplum, qui extruens fa-  
bricam boni operis, sanctæq; vitæ, cum  
firmissimo proposito in eadem persi-  
stendi omnem fiducia coniecit in om-  
nipotentem DEVM, & filij eius Christi  
virtutem & auxilium.

CAPVT V.

*Quomodo per inordinatam confidentiã,  
qua homo vititur in actionibus hu-  
manis suo fructu sp. lietur.*

**O**MNES homines, qui desiderio  
alicuius boni consequendi te-  
nentur, debent ad illud conse-  
quendum suam quoq; industriam &  
laborem conferre, quantum ratio na-  
turalis.

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 92**

turalis & lex diuina postulauerit : nam  
neq; diffidentia sui, neq; confidentia  
in Deo, media & auxilia humana exclu-  
dunt, imò potius exigunt, vt homo fa-  
ciat quod in se est. vt si velit à Deo sustē-  
tari, ipse etiam, quoad vires ferent, in  
eundem finem laboret: & si velit prox-  
imi voluntatem ad benè faciendum à  
Deo inflecti, ipse quoq; & precibus &  
rationibus, alijsq; medijs necessarijs  
proximum ad idem præstandum com-  
moueat. Sic si ad solidarum virtutum  
opes aspiret, medijs quoq; ad id neces-  
sarijs, vt meditationum piarum, pæni-  
tentijs, eleemosynis, inuocatione San-  
ctorum, & proborum hominum insti-  
tutione vtatur. Magni siquidem refert,  
vt homo medijs necessarijs quibus vt-  
titur, non inordinatè confidat, sed fi-  
duciam omnem projiciat in DEVM,  
cuiusq; bonitatem, certò persuasus, quē  
admodum voluntatem & facultatem  
impertiuit illa media vsurpandi, sic e-  
tiam vim & efficaciam fructuosè illa  
tractandi collaturus sit. Quam rem ex-  
ponens S. Basilius in hanc sententiam  
scribit.

*Bas in cōst.  
monast. c.*

**NECESSE est in omnibus actioni**

**E 7 bus**

bus nostris, vt omnem fiducia in auxilio diuino collochemus: quâocunque enim studio & industria vli fuerimus, nihil tamen sine illo effecerimus. quâquam nec suppetet nobis illud auxiliû, si conatum nostrum subtraxerimus. Itaque ad consequendam veram virtutem, opus est pariter & sollicitudine nostra, & præsidio cælesti, quod etiam cû ipso bonorum operum exercitio augetur. Refert propheta Isaias, ingentem infidelium exercitum ad oppugnandam Hierosolymam coactum, qui creditur fuisse Nabuchodonozoris temporibus de dechis regis: Hierosolymitanos verò aptos ad defensionem se cõparasse, congregando piscinæ inferioris aquas, ad muniendû murum domos destruendo & inter duos muros ad aquâ piscinæ veteris lacum faciendû, & tamen DEVM hanc eorum industriam & laborem improbasse & redarguisse, atque eos tandè in manus hostiû tradidisse. vt ab illis vel mactarentur, vel in captiuitatem abducerentur. Quia verò de causa? Quia scilicet, in industria illa sua humana omnes spes suas dehaerant, nec ad preces, vel

Ma. c. 22.

DIFFIDENTIA SVS IPSIVS 97

ad auxiliū diuinum confugerant. *La-  
cum fecistis, inquit, inter auos muroso  
Et nō suspexistis ad eum, qui fecerat eū,  
Et operatorem eius de longē non vi-  
distis.*

QUANDO VERÒ media humana non  
sufficiunt, Deus, si ad illum confugia-  
mus, defectum eorum supplet, ut fecit  
regi Izechia, quādo eum Sennachbe- 3. PAR. 38.  
rit cum potentissimis Assyriorum co-  
pijs obēdit nam cum obturasset  
cunctos fontes extra urbem, ne hosti-  
bus suppeteret aqua, refecisset muros,  
turres extruxisset, ac vniuersi generis  
armaturam & clypeos instaurasset, nec  
tamen omnis hęc industria satis esset  
ad sustinendam hostilium copiarum  
vim: Deus quod desiderabatur diuini-  
tus suppedit. misit enim in substi-  
dium angelum vnicum, qui vna nocte  
centum octoginta millia hostium ē  
medio sustulit. Quę verò cau-  
sa fuit, ut Deus non eadem  
ratione succurreret Sedechia, cum  
tamen enijsdem medijs, quibus Ize-  
chias, ad sui defensionem vsus fue-  
rit? nempe, quia Sedechias om-  
nem confidentiam suam posuerat in  
hu-

98 TRACTATUS DE VERA

humanis viribus, non item Ezechias. Hic enim ut primum animaduertit in quanto discrimine Hierosolyma esset, contulit se ad templū, cilicio indutus, preces Isaïæ prophetæ pro se postulauit, populumq; totum ad orationem inuitauit, & hortatus est, vt fiduciam suam conijcerent in Deum, dicens. *Nolite timere, nec paueatis regem Assyri- rum, & uniuersam multitudinem que est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo: cum illo, enim est brachium carniū, nobiscum Dominus DEVS noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis.*

CERTES si pro aliquo dono diuino à Deo impetrando hoc documento vti debemus, speciatim debemus, pro acquirendis veris & solidis animi virtutibus, vt nempe industriæ nostræ, siue iusti, siue adhuc peccatores simus, non nimium confidamus, vt ieiunijs nostris, vigilijs, meditationibus, orationibus, alijsq; laboribus & afflictionibus, hæc enim opera secundum naturam suam considerata, hoc est, quatenus opera hominis, vim nullam vel efficaciam habent nisi à gratia auxilioque di-

uino

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 99

uino illis coniuncto, vt benè docet Cas-  
sianus ex sanctorum Patrum senten-  
tia. *Aiunt, inquit, Patres non posse ad  
purum quempriam carnalibus vitijs e-  
mandari, nisi uniuersum laborem suum  
atq; conatum ad tanta perfectionis fine  
intelleverit non posse suffi ere, nec eam  
nisi miratione Dei & adiutorio com-  
prehendi. &c.*

*Cass. mo-  
nast instit.  
l. 1. c. 13. &  
15.*

O quantam iacturam lucri spiritua-  
lis faciunt homines, quod hanc artem  
non fideiiter exerceant, usurpando, sci-  
licet, media ad consequendas virtutes  
necessaria, atq; imprimis hanc diffiden-  
tiam sui, & confidentiam in Deum fir-  
milli nam. Multi siquidem serui Dei,  
qui sanctioris vitæ initium fecere, vi-  
gilijq; ieiunijs, diuturnis precibus &  
meditationibus, caritatis quoq; operi-  
bus se grauiiter exercuere, tandem gra-  
tia diuina excidere, & in magnas cala-  
mitates incidere, non alia de causa, quã  
quod plus æquo industriae suæ tribuif-  
sent. Ita B. AMBROSIVS in epist. ad De-  
metriadem testatur. *Multi, inquit,  
seruientes Deo, & in lege eius die ac no-  
cte meditantes, crucifixerunt carnem  
suam cum desiderijs, & concupiscentijs,*

*Amb ep.  
84.*

*• mñiūq;*



omniamq; illecebrarum incētia domus  
 runt non damnis victi non persecutio-  
 nibus fracti, non prosperitatibus de-  
 pravati, mundum istum nec dilexere  
 obsequentiē nec timere terrentem. Tā  
 eam itaq; firmitatem, & t. m. sublima  
 propositum qua impugnatione diabo-  
 lus posset adoriri, nisi ut quibus non po-  
 tuerat persuadere vitiorum amorem,  
 immitteret laudis cupiditatem, & inde  
 nouissima instrueretur tentatio, unde  
 nocuit prima deceptio? Hucusque am-  
 brosius. Atque hoc est, quod diuina  
 scriptura toties repetit in Prouerbis  
 dicens, *Contritionem precedit superbia*  
 & *ante ruina exaltatur spiritus.* Et  
 alibi, *Superbum, inquit, sequitur humi-*  
*litas: & humilem spiritus suscipiet glo-*  
*ria.*

Prou 16.

Prou 29.

N: Q: repetit sacra scriptura toties  
 eandem sententiam sine ingēri myste-  
 rio, cum nihil in illa otiosum sit, nem-  
 pe ut intelligamus, quam magnum,  
 quamque necessarium sit hoc docu-  
 mentum: & verò dignissimum quod  
 semper ob oculos vericetur, & mente le-  
 dulo ponderetur ab ijs, qui cæperunt  
 Deo seruire, ut si velint gratiam diui-  
 nam

TRACTATUS DE VERA 108

nam, aliq; spiritalia dona conseruare  
& adaugere vsq; ad claram DEI visio-  
nem, diligenter caueant hoc præcipi-  
tium confidentiæ sui, vnde tam mul-  
ti turpissimè corruerunt, omnem que  
operam collocent in exercendis me-  
dijs quibus ad veram & solidam dffi-  
dentiam sui peruenitur. De quibus me-  
dijs deinceps agemus, ac tandem quæ-  
stionem illam dissoluemus. An posita  
omni fiducia principaliter in Deo, pos-  
sumus, saltem secundario, aliquam fi-  
duciam ponere in bonis operibus, no-  
stroq; studio & diligentia, atque alijs  
medijs humanis?

CAPVT VI.

*De Primo Medio, quo acquiritur sancta  
sua dffidentia, quod est, rectè intel-  
gere bona omnia esse à Deo.*

**P**rimum medium est, probè intel-  
ligere bona omnia siue naturam  
eorum & virtutem, siue actiones  
& effectus spectes, esse à Deo. Quod vt  
clarius cognoscatur, notandum est,  
inter res & bona naturalia censeri, pri-  
mo essentia omnium creaturarum,  
tum facultates vel potentias cuique

101 TRACTATVS DE VERÄ

naturæ proprias, demum actiones natura-  
 les & necessarias ab ijs profectis,  
 quorū duo priora solus Dei sūt, testū  
 Dei est & creaturarum. Idcirco autem  
 omnes res tribuūtur DEO, quia de ni-  
 hilo omnes creauit, sicut & de nihilo  
 quod itie animas hominum creat, & i-  
 nio mundi creauit materiam, ex qua  
 conflata sunt corpora, quæ in dies ge-  
 nerantur. Deinde, quia creaturas om-  
 nes semel de nihilo conditas, deinceps  
 semper conseruat, non secus, vt docet  
 B. AVGVSTINVS, & S. THOMAS, ac  
 ratio ipsa euincit, quam si continenter  
 non noua, sed continuata actione pro-  
 duceret. Et idcirco, si vel vno momen-  
 to DEVS suspenderet conseruandi actio-  
 nem, mox omnes in nihilum recide-  
 rent. Exemplum huius rei habemus  
 in lumine aeris, quod à sole, simulatq;  
 ortus est producitur, & toto die cōserua-  
 tur quo d. cōseruare aliud nō est, quā cōti-  
 nēter lumē producere, sic vt quouis mo-  
 mēto faciat, quod fecit primo cū nouū  
 lumen produxit. Itaq; homo tantas  
 DEO debet gratias pro hoc conseruatio-  
 nis dono, ac si in singula momenta de-  
 nouo à DEO conderetur, quandoquid-  
 dem

Aug l. de  
 gen. ad litt.  
 S. Thom 1.  
 p. 9. 9 a. 2.  
 C. 7 104.  
 a. 3.

CONFIDENTIA SVI IPSIVS 102

dem quolibet puncto temporis tantū  
à Deo beneficium accipit, quantum  
primo, quo creatus est.

SUNT deinde in homine actiones  
quædam liberæ, ad quas se porrigit &  
facultas eius naturalis, sed interuenien-  
te generali Dei concursu. Qui concur-  
sus, cum creaturæ ex iustitia nõ debeat  
tur, gratiæ nomine appellari posset. ta-  
men quia ad vniuersalem prouidentiam  
non hominis modo, sed omnium etiã  
creaturarum pertinet, ac naturæ, ordi-  
ni, & moderationi totius vniuersita-  
tis, haud secus quam hominis integri-  
tati brachium, quodammodo debe-  
tur, inter naturalia potius dona nume-  
ratur. Ad has actiones pertinent om-  
nia quæ ad vitam sustentandam, & vir-  
tutes morales, exercendas adhiberi so-  
lent, vt est familiæ gubernatio, educa-  
tio liberorum, iustitiæ & misericordiæ  
opera non admodum difficilia. Quæ  
licet viribus humanæ naturæ fiant,  
Deo tamen attribui queunt & debent,  
non solum, quia ipse impertuit nobis  
naturam & vires illa faciendi, sed etiã  
quia ad singulas actiones nostras con-  
currit, sic prorsus, vt quemadmodum  
creaturæ

*Sotus l. 1.  
de natura  
c. 2.  
Vega l. 4 c.  
Trid. c. 7. 88  
q. 22. c.  
14 de  
iustif.*

*S. Th. 1. 2.  
q. 109. a. 8.  
c. 2.  
Bonau 1.  
sent d. 28.  
a. 1 q. 8*

*2. Th. con.* creatura suam esse, quod semel in pri-  
*gent. l. 5. c.* ma creatione accepit, retinere non po-  
*6. Q. 70.* test, nisi conseruatione Dei quasi iugi-  
 ter producat, sic nullæ actiones no-  
 stræ diu subsistere possent, si deus aux-  
 ilium concursus sui subtraheret.

HANC doctrinam confirmat,  
 tum ratio ipsa, tum diuina scriptura.  
 Ratio quidem quia nullæ causæ infe-  
 riores quicquam efficere possunt sine  
 opera superiorum, vt liquet in con-  
 uersione cælorum ab ortu in occa-  
 sum, & motu locali elementorum:  
 si enim primum mobile à motu cessa-  
 ret, & hæc necessario cessarēt. Cū ergo  
 Deus sit inter efficientes causas om-  
 nium princeps, nulla cerē creatura  
 quidquam agere potest, nisi eius nu-  
 tu & impulsu: ac proinde nec homo  
 quicquam cogitare, vel velle potest, ni-  
 si Deus illud cogitare per intellectum,  
 & velle per voluntatem eius operetur.  
 Scriptura verò: quia Isaias propheta  
 disertè confitetur, omnia opera nostra  
 in nobis Deum operari. Et eadē de cau-  
 sa omnes creaturarū actiones attribuit  
 Deo. Si pluat enim, dicit Deus pluisse

*Isa. 46.*

*Psal. 119.*  
*Pf. 116.*

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 104

fitonet, Deum tonuisse: si infantu- *Iob 10.*  
lus in vtero materno formatus, *4 Reg. 19.*  
Deum formasse. Similiter de actio- *Isa. 37.*  
nibus à libero arbitrio pendentibus lo-  
quitur, vt si quis ab aliquo percussus  
sit, licet à Deo percussus, si afflicus  
& occisus ab hostibus suis, dicit à  
Deo occisum: nam de Rege Sennache-  
rib à filijs suis trucidato sic alicubi lo-  
quitur. *Deiiciam eum gladio in terra  
sua.* Vnde liquet omnes actiones no-  
stras bonas in auctorem Deum, vt pri-  
mū fontem & causam earum, referen-  
das, malas verò & impias, etiamsi quo-  
ad culpam nisi in solum hominem re-  
ferri queant, tamen referri debere in  
Deum quatenus entitatem quandam  
habent, & vt sunt pænæ à Deo inflictæ.  
Hæc doctrina vera & certa conside-  
ratione dignissima est, tum vt ex o-  
mnibus bonis diffidentiam nostri-  
ipforum discamus, tum vt ea, quan-  
tumuis naturalia & à libera homi-  
nis voluntate profecta Deo au-  
ctori transcribamur, eique soli omnē  
eorum gloriam tribuamus: mala quo-  
que pænæ omnia cōgruētī patiētia exci-  
piamus, quippe cū nō nesciam⁹ ea siue  
pet

TRACTATUS DE VERA

per media naturalia siue voluntaria, siue cum culpa nostra, siue citra culpam euenerint, à misericordi Dei manu profecta.

CAPVT VII.

*De operibus gratia, & quatenus à Deo promanent.*

**P**RÆTER actiones naturales & liberas, quas viribus humanis exercere possumus, sunt alia in homine quæ, vires naturæ longè excedunt, ut gratia hominem iustificans, ac Deo gratum reddens, virtutes infusæ, & dona spiritus sancti, quæ gratiam consequuntur. Tunc estualia & specialia Dei auxilia, inter gratias gratis datas numeranda, quorum subsidio Deus homini suppeditat vires ad exercenda opera pia & salutaria, ac vitæ æternæ meritoria. Atque hæc Dei dona sunt, quia spiritus Deus illa vel per se, vel per sacramenta, & Christi Domini nostri merita nobis operatur. quæ quidem ita sunt opera Dei, ut non sint hominis, licet quædam eorum, homo sine antegressa libera dispositione & præparatione quando rationis capax est, non accipiat.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 106

In actionum quoq; supernaturalium numero censentur omnes liberę hominis actiones, quas sola naturę vi fretus exercere nequit, licet reuera, Deo cooperante, ipse quoq; eas exerceat. Nam ad eas Deus non solum concurrit, vt ad naturales, concursu generali, sed alio speciali, vt communicando gratiam & virtutes diuinas, quę sunt dona nobilissima solo infinito Christi merito parta, & hominem supra omnem naturam humanam euectum diuinę naturę consortem faciunt. Deinde conferendo actualia auxilia, quę intellectu & voluntatem euehunt ad percipiendā & complectendā ea; quę suo optemoto non poterant. Quę dona homo, cū viribus suis promereri non possit, accepta ferre debet solis Christi meritis; et si iam iustificatus earum augmentū promereri queat.

HAUD secus Dei sunt omnes actiones, quibus homo meretur aut præmium glorię, aut gratię, virtutumque infusarum augmentum, quippe cum omnem vim valoremq; à Spiritu sancto & gratia, qua iusti & Deo grati efficiuntur, accipiant, atque etiam à Christi

F

meritis.



meritis, quæ beneficio fidei nobis applicantur. Sed & amoris diuini actio qua Deum super omnia tanquã vltimum finem supernaturalẽ in clara visione ipsius, quæ nostra beatitudo est, diligimus, opus Dei censenda est, cum præsupponat gratiam & caritatem infusam à Deo profectam.

104. 13.

Hanc doctrinam tradunt diuinae litteræ, & fide catholica credendam discernunt sacra Cõcilia. Eò enim spectat illa verba Christi apud B. Ioannẽ. *Ego sum vitis, vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere* nam si de se loquitur tanquam Deo, liquet hominem nullam actionem naturalem vel liberam posse sine cooperatione Dei exercere: si verò de se loquitur, tanquã homine, vti verè facit, sensus est, nihil Deo gratum, vel vitæ æternæ meritum facere potestis sine mea gratia, & meritorum meorum communicatione, vt enim viti intimè coniuncti sunt palmites, sic fideles iusti per fidem & caritatem vnitæ sunt Christo. Deinde cum quidam ab eo percunctarentur, quemadmodum facere possent,

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS**

sent opera DEI? respondit. Hoc est  
opus DEI ut credatis in eum, quem  
misse illi. id est, in Iesum Christum *Eph. 2.*  
filium DEI viui, ab aeterno Patre mis-  
sum pro salute hominum. Et paulo  
post subiungit. Nemo potest venire ad  
me, nisi Pater meus traxerit illum. qua-  
si diceret. nemo potest abstinere à pec-  
catis, & penitentiam agere, fideque &  
caritate se mihi vnire, nisi à Patre meo  
singulare illi adsit subsidium, vt cordi  
eius ista inspirentur. His alijsque testi-  
monijs sacra scriptura secundum indi-  
cat modum, quo nostra bona opera pe-  
culari quadam ratione dicuntur ope-  
ra & dona DEI, quia, videlicet, facta  
sunt cum gratia supernaturali, vel cum  
speciali Dei auxilio: vnde vel disposi- *C. Trid. s. 6.*  
tiones sunt ad iustificationem secun- *6. c. 5. can. 3.*  
dum Concilij Tridentini decreta, vel  
etiam gloriæ aeternæ merita.

PRAETER hæc multa alia o-  
pera bona liberi arbitrij viribus cum  
solo generali DEI concursu homo *C. Trid. s. 6.*  
præstare potuisset, si integritatem natu- *c. 13. Aug.*  
ræ suæ per lapsum non amisisset, *l. 2. con. 2.*  
et postquam gratia & iustitia ori- *ep. Pelag. c.*  
ginali s.

*S. Tho. 2. 2. q. 109. a. 8.* ginali per peccatum excidit, specialibus  
*Et. 9. Bonau 2. f. d. 28. q. vlt.* diuinæ gratiæ auxilijs opus habere cæ-  
*Soto. de nat. 2. g. l. 1. c. 22. et 23.* pit, quæ Deus nemini ea postulati sub-  
*reg. de in- stit. 9. Et. 12.* trahit, Cui doctrinæ congruit quod  
 Sancti Doctores sacre scripturæ lucem  
 secuti docent, hominem semel in pec-  
 catum mortale lapsum, et si quædam  
 opera moraliter bona liberi arbitrij fa-  
 cultate præstare possit, non posse tamè  
 diu perseverare in eo statu, quin in alia  
 labatur, nisi diuinam gratiam implo-  
 ret, cuius beneficio iuuetur, ne peccato  
 consentiat. Similiter tradunt, hominè  
 iam iustificatū sola gratia habituali in-  
 structum non posse opera quædam ad  
 modū ardua & difficilia præstare, mag-  
 nisque tentationibus reluctari, nisi præ-  
 terea specialibus à Deo fulciatur auxili-  
 js, & consequenter addūt, nec posse  
 diu in accepta gratia sine iisdem auxi-  
 lijs, uti & decretum est in sacro Conci-  
 lio, perseverare.

*C. Trid.*

*sess. 6. can. 22.*

Hinc verò liquet quam parum pos-  
 sit natura, quamque necessaria sint ei  
 dona & auxilia supernaturalia. Ex hac  
 doctrina quivis Christianus discere de-  
 bet, si in peccatum mortale lapsus fue-  
 rit ilico per pænitentiam esse resurgen-  
 dum.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 110

dum, ne ruat deinceps in grauiora, du-  
rioremque in se damnationem accer-  
sat, Deinde dandam operam diffiden-  
tiae sui: & in omnibus ad diuinum nu-  
men, vt iam dicemus, recurrendum.

CAPVT VIII.

*Quod ex doctrina iam tradita haurire  
debeamus humilitatem, qua sancto  
nobis ipsis diffidamus.*

**M**AGNO beneficio affectum se  
arbitrari debet homo Christia-  
nus, si agnoscat omnia bona  
opera sua tam naturalia, quam gratuita, esse  
se Dei opera. Hinc enim discit, a quo ef-  
ficax subsidiū petendum: ad eadē ritē  
praestanda, nempe a Deo, a quo omne  
datum optimum, deinde discit, quam  
gnauius petendum sit, quippe cū per-  
petuo in omnibus actionibus diuina  
cooperatione, siue generali naturae, si-  
ue particulari gratiae indigeamus, tum  
vt bene fiant, tum vt sine defectu in illis  
perseueremus. Ita confitetur sapiens,  
cum ait, *Vt sciui, quoniam aliter non pos-  
sem esse continens, nisi DEVS det, & hoc  
ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc  
donum, adij Dominum, & deprecatus  
sum illū, & dixi ex totis precordijs meis.*

Sap. 8.

**DE TRACTATUS DE VERA**

*Bas. in reg. interrog. 17* sub continentiz autem nomine com-  
prehendi quamuis aliam perfectam  
virtutem tradit B. BASILIUS. Itaq; ho-  
mo in omnibus operibus, quæ ad glo-  
riam Dei facere cogitat, ac in omnibus  
virtutibus, quas acquirere conatur, ag-  
noscere debet esse dona Dei, & sine  
auxilio peculiari diuino nihil eorum  
posse nos præstare, quod egregie expli-  
cauit B. CAELESTINVS Papa in episto-  
la quadam ad Galliz Episcopos data.

*Cales. ep.  
ad Gal.  
epist. c. 9.*

Quod ergo tempus, ait, interuenit, quo  
eius non egemus auxilio? In omni-  
bus actibus, causis, cogitationibus,  
motibus, adiutor & protector mandus  
est. Superbum est enim ut quicquam  
sibi humana natura presumat, ala-

*1ph 6.*

mansa Apostolo. Non est nobis collu-  
bratio aduersus carnem & sanguinem,  
sed contra principes & potestates aëris  
huius.

Ex eadem cogitatione homo dif-  
fit, & submisit de se sentire, & se con-  
temnere, quemadmodum humilitas  
vera postulat: omnia vero bona ope-  
ra, non in suam temporalem & fluxu-  
am, sed in Dei vniuersalem gloriam referre.  
Nec

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 112

Nec iniuria. Omnia enim bona sua à Deo habet, à se autem nihil nisi ipsum nihil, è quo conditus, & peccata, quorum solus homo auctor est, iuxta illud Dei dictum apud prophetam *Ose. 13o* *Oscam. Perditio tua ex te Israhel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Unde Beatus Augustinus alicubi cū Deo colloquens. *Aperuisti mihi oculos lux, & excitasti, & illuminaisti me, & vidi, quoniam tentatio est hominis vita super terram, & quod gloriari non valeat ante te omnis caro, nec iustificetur omnis viuens, quoniam si quid boni est, parui vel magni, donum tuum est, & nostrum non nisi malum est. Unde igitur gloriabitur omnis caro? nunquid de malo? Hac non est gloria, sed miseria. Sed nunquid gloriabitur de bono, nunquid de alieno? Tuum, Domine, est bonum, tua est gloria.* Appellat hic Sanctus Augustinus proprium hominis, quicquid habet à se, & non à Deo, vt est peccatum. bonum verò hominis facit alienum, hoc est, Dei: et si enim bonum quoque hominis sit, à Deo tamen est profectum.

¶

¶

113 TRACTATUS DE VERA

Itaq; inquit, si homo rectam de se sententiam ferat, boni operis gloriam omnem conferre debet in Deum, sibi autem tantum optare pœnam peccatis promeritam toto pectore dicendo, cū Apostolo: *Regi seculorum immortalis, invisibili soli DEO honor & gloria in secula seculorum, nobis autem, ut propheta loquitur, confusio faciei nostra pro peccatis nostris.*

*1. Tim. 1.  
Baruch. 1.  
Eccl. 2.*

QVOD si quis dicat, hominis opera omnia quidem esse DEI dona, tamen hominem quoq; ipsum libertate arbitrij cooperari Deo, tanquam causam secundam primæ, instrumentum cū principali agente: ut ita sit, expendat apud animum suum ipsam quoq; libertatem, imò & actionem liberam, qua cooperatur, esse à DEO, ut suprà dictum est, quod verò ex parte sua facit, exiguum quid esse, & quam vis multū foret, tamen id totum deberi Deo, tum quia eius creatura est, tum quia multis beneficij ab eo est affectus. Quare & in omnibus operibus bonis non suam, sed solius DEI venari debet laudem & gloriã, quod, nisi fecerit, in eū quædabit sententia, quã Christus fulminavit in

*Aug præfat. Ps. 31.  
Matth. 6.*

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 114

Matth. 6

in eos qui in operibus suis humanam  
aucupabantur gloriā. Amen dico vo-  
bis, inquit, receperunt mercedē suā.  
Vnde B. Gregorius agens de quinque  
virginibus fatuis, sermo admonet audi-  
tores suos, his verbis. Hodierna sācti E-  
uangelij lectione compellor dicere, ut  
bona qua agitis, cum magna cautela te-  
neatis: ne per hoc, quod à vobis rectum  
geritur, fauor aut gratia humana requi-  
ratur: ne appetitus laudis subrepat, &  
quod foris ostenditur, intus à mercede e-  
uacuetur. Ecce enim redemptoris voce  
decem virgines, & omnes accuntur vir-  
gines. Et tam enitra beatitudinis ianu-  
am non omnes recepta sunt, quia earum  
quadam, dum de virginitate sua gloriā  
foris expetunt, in vasis suis oleum habe-  
re noluerunt.

Greg hōm  
12, in euāg

Christus quoq; alibi grauiter in Scri-  
bis & Pharisæis insectatus est idem vi-  
tium aucupandi laudes humanas in o-  
peribus bonis. Omnia, inquit, opera  
sua faciunt, ut videātur ab hominibus.  
Amant autem primos recubitus in ca-  
edis, & primas cathedras in Synagogis,  
& salutationes in foro, & vocari ab ho-  
minibus rabbi. Et huic vitio tribuit idē

Matth.  
23.

F s Chri-



DIFFIDENTIA SVIS IPSIVS 113

Christus, quod in se non crediderint. *Quomodo, inquit, alibi, vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, qua à solo Deo est, non quaeritis? Nempe ad credendum Euangelio opus erat humilitate intellectus & voluntatis, qua præpararetur cor, quia ergo nimia honorum cupiditas occludebat portam humilitati, consequenter occludebat & fidei.*

Verum est quidem hominem homini debere aliquando honorem, convenienter cuiusque statui & virtuti, **1. Cor. 12. 19.** iuxta illud Beatus Pauli: *cui honorem, honorem. Et. Honore invicem prævenientes* quibus verbis hortatur, ut quisque primus sit in honorando proximo: nec expectet, donec honoretur ab alio. Quæ res aliquando est præcepti, aliquando consilij. At hæc obligatio, quæ communis est omnibus, nascitur à caritate, quam Deus nobis commendavit. Ut ergo lege caritatis omnes obligamur ad diligendum honorandumque proximum propter Deum, Sic lege humilitatis obligamur ut honorem illum non quaeramus, nisi propter Deum, qui auctor & finis est omnium operum

TRACTAVS DE VERA 218

operū honorū, ad cuius gloriam omnia referri debent. Idem dicendum est de honore, qui homini defertur ob dignitatem, vel officium quod gerit in Republica, vt sicut lege iustitiæ homo obligatur, vt tales honoret secundum gradus excellentiam, sic lege humilitatis intelligat se obligatum non acceptari illum propter suum commodum, sed propter commodum rei publicæ, eumque totum referat ad honorem Dei, vt sequenti capite clarius exponemus.

CAPVT IX.

*Eundem humilitatis & propria diffidentia fructum capi debere ex consideratione finis, ob quem Deus omnia opera sua facit.*

**N**ON ea solū ratione homo tenetur omnia sua bona opera referre ad diuinam gloriam, quod sint dei dona, sed etiam quia Deus, teste diuina scriptura, omnia opera facit propter suum honorem & gloria.

F 6 gloria

217 TRACTVS DE VERA

Deu. 26.

Preu. 16.

Deu. 4.

gloriã. *Creauit, inquit, cunctas gentes in laudem, & nomen, & gloriam suam. Et. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. in omnibus diuinis operibus est commodum, & honor. Commodum Deus in hac vita voluit cedere homini, gloriam & honorem sibi. Vnde cum declarasset se omnia facere propter suam gloriam, adiunxit se eadem facere ad commodum hominum. Si, inquit, eleuatis oculis ad caeli videas solem & Lunam, & omnia astra caeli, ne errore deceptus adores ea, & colas. quia ea creauit Dominus DEVS tuus in ministerium cunctis gentibus, qua sub caelo sunt. Eadem ratio est de alijs Dei operibus, & maximè de bonis operibus iustorum, quæ cum inter opera eius maximè emineant, ea maximè vult in gloriam suam referri. Quæ in re sapientissimè sanè pro immensa sapientia sua facit: nam cum sit infinite perfectus, nullam ex nostris operibus vtilitatem capere potest, nec accessionem vllam facere ad suam perfectionem. At si crescere extrinsecus quodam modo possit in hominum cordibus, qua tenus ab illis agnoscitur, laudatur*

CONFIDENTIA SVI IPSIVS 118

& glorificatur: vnde & imperat homi-  
ni vt opera sua bona in hunc finem di-  
rigat. Quoniam verò homo natura  
imperfectus est, & semper maiorē ac-  
cessionē facere potest ad perfectionē gra-  
tiae, virtutū & meritorū, idcirco omnē  
bonorū operū fructū cedere vult homi-  
ni, vt eorū beneficio fiat & melior, & per-  
fectior, & vita aeterna dignior, atq; id an-  
geli declararunt, cū in ortu Christi ceci-  
nerat. *Gloria in excelsis DEO, & in terra*  
*pax hominibus bona voluntatis* *Luc. 2.*  
Nomi-  
ne enim *Pacis*, intellexere omnem per-  
fectionem internam, quam homo po-  
test in hac vita exoptare.

QUANDO ergo homo Christianus  
huic ordini diuino insistit, vt in actio-  
nibus suis primariò spectet gloriam  
DEI, vt ille agnoscat & laudibus ce-  
lebre tur; secundariò verò querat etiam  
fructum suum, hoc est, perfectionem  
animi in virtute & meritis, ac quic-  
quid necessarium vel vtile esse potest  
ad felicitatem aeternam, tunc verè glo-  
rificat Deum, & animam suam saluat,  
idq; vberiori quaestu, si illum ipsum  
fructum referat ad diuinam gloriam,  
hoc est, si idcō contendat ad perfectio-

mem sui, vt inde amplior Dei redun-  
det gloria. Tanto enim Deus desiderio  
ardet promouendæ salutis humanæ,  
vt quo quis in operibus suis studio-  
sius gloriæ diuinæ amplificationem,  
suis neglectis commodis, sectatur, hoc  
maiorē apud Deum gratiam prome-  
reatur: quando verò & commodū suū,  
& humanam simul aucupatur gloriā,  
ordinem constitutum peruertit, & in  
Deum iniurius est, atq; idē non solū  
excidit bonorum operum, quorum  
gloriam Deo non detulit, mercede, sed  
etiam, sicut fur, cui non solū adimi-  
tur præda, sed etiam mortis supplicium  
decernitur, ad tenebras exteriores de-  
trudetur. Deo enim gloriā suā eripere  
notabilis admodum rapina est, teste S.

*Aug. in so-  
l. c. 15.*

Augustino in hæc verba alicubi cum  
Deo colloquēte. *Tuum Domine est bo-  
num, tua est gloria. Qui enim de bono  
tuo gloriam sibi quarit, & non tibi qua-  
rit, hic fur est, & latro, & similis est  
diabolo, qui voluit furari gloriam  
tuam.*

QVOD non eò dico, quasi homo,  
quoties gloriam humanam accipatur  
in suis operibus, peccatū mortale cō-  
mittat

mittat, sæpe enim committit tantum  
 veniale. Vnde Sanctus THOMAS in  
 ea verba, quæ CHRISTVS, vt homo,  
 dixit apud Sanctum Ioannē. *Ego nõ qua-  
 ro gloriam meam, est qui quarat & is-* *Ioan. 8.*  
*dicet.* scribit solum Deum posse quære  
 re gloriam suam citra vllam culpam,  
 homines verò non posse, nisi in Deo.  
 cumque semper culpam homo com-  
 mittat, si secus faciat, nonnunquam co-  
 mittit & lethalem, vti quando ex super-  
 bia operibus suis bonis non alium fi-  
 nem propositum habet, quam sui no-  
 minis famam & honorē. Quare sem-  
 per magnoperè cauenda est hæc ordi-  
 nis peruersitas, nam hoc vitium, præ-  
 ter culpam quam annexã habet, mag-  
 nam vim habet, auctore Sancto Au-  
 gustino, ad detrudendum hominem  
 in alia peccata, & maximè in ni- *Aug. ep.*  
 miam fiduciam sui. Et Sanctus *64.*  
 THOMAS scribit peccatum vanæ glo- *S. Tho. 2. 2.*  
 riæ esse periculosum, non solum prop- *q. 32. a. 8.*  
 ter grauitatem culpæ quam habet in *ad. 2.*  
 se, sed quia disponit ad peccata gra-  
 uiora, vti ad præsumptionem tan-  
 tam sui, vt tandem omnibus bonis in-  
 ternis homo spoliatur.

Vorte

131 TRACTATUS DE VERA

Fortè quæret aliquis, vsurpetne iniquè Dei gloriam, qui laudes humanas probet vel acceptet, vt plus possit proximo prodesse, cultumque diuinum amplius promouere? Respondeo cum Sanctis, quando humanus ille honor vel laus quæritur aut acceptatur, propter vtilitatē quæ v. g. ex institutione, vel concione, aliaue id genus surrogatæ in proximum cum maiori Dei gloria redūdat, tum non priuatū, sed publicum Dei honorem quærit. Nam sicut ager, qui medicinam, à qua natura liter alioquin abhorret, ob sanitatem amat & suscipit, non tam medicinam, quàm salutem suam amare dicitur; sic qui honores humanos, quos alioquin aspernatur, quærit & acceptat, vt hoc instrumento & salutem animarum & diuinum cultum commodius promouere possit, non tam gloriam suam, quàm DEI quærit & acceptat. Hanc doctrinam diuinitus acceptam confiteatur D. AVGVSTINVS, cum ait sibi fas non esse lætari de suis laudibus, nisi quatenus inde maior in proximos vtilitas promanet. Et alibi dicit, id quod accipitur laudis aut honoris, non prop-

Aug. l. 10.  
confes. c. 37.  
Ep. 64.  
ad Aural.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 122

ter nos, qui humana contemnere debemus, sed propter illos accipiendum, quibus consulere non possumus si nimia dilectione vilescamus. Idem S. BERNARDVS seruis Dei in quodam sermone exponens, sic loquitur. *Fratres, nemo vestrum velit laudari in vita ista, quia quicquid hic fauoris captas, quod ad Deum non reculeris, ipsi furaris. Tibi enim unde gloria putide puluis, tibi unde de vita sanctitate? sed spiritus est, qui sanctificat: spiritus dico, non tuus, sed Dei.*

*Bern sermo. 13 in Cant. S. Tho. 2. 2. q. 132. a. 1.*

HANC doctrinam si sequamur, hoc est, si omnium bonorum operum gloriam attribuamus Deo, facile peruenimus ad diffidentiam nostri, & fiduciam in Deum: si enim ex parte nostra boni nihil habeamus, non habemus quoque unde nobis nostrae industriae magnopere fidere queamus: si vero omnia nobis contingunt à Deo, merito in illum omnem spem & expectationem defigere possumus, dicendo cum Dauide. *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.*

*Psalm. 109.*

CA.



DIFFIDENTIA SVI IRSIVS 129  
CAPVT X.

*Sapientum mundi huius virtutes vanas fuisse, eo quod dicta agnitione destituti fuerint.*

**T**AM necessaria nobis est hactenus explicata cognitio, ut nempe confiteamur tantam esse virtutum nostrarum naturalium imbecillitatem, ut nihil boni præstare, nisi manu diuina adiuti, possimus: ut multis seculis sapientissimi quique, licet magnum studium in virtute consequenda, cuius pulchritudinem, utilitatem, & necessitatem agnouerunt, collocarent, nullam tamen veram unquam virtutem sint consecuti. In quorum numero fuerunt multi Philosophi gentiles, & Oratores Romani: qui, etsi unum Deum omnium rerum conditorem profiterentur, tamen arbitrati sunt veram & perfectam virtutum laudem humana industria comparari posse: qui error fuit, teste Beato Augustino, plurimorum. vel certe, etiamsi quidam cognouerint naturam liberumque arbitrium hominis esse à Deo.

*Palagian.  
error. Aug.  
de hares.  
6.58.*

TRACTATUS DE VERA 129

Deo, non tamen animaduertunt li-  
beras hominis actiones etiam Dei ope  
& auxilio indigere, qui aliquorum,  
teste Sancto Thoma, error fuit. Vnde  
factum est, ut in virtute capessenda  
omnem fiduciam locarint in suis vi-  
ribus, suaque rectè facta non Deo, sed  
sibi attribuerint, atque ita laudem hu-  
manam, non Dei gloriam, per illa aucu-  
pati sint: quare & ianuam sibi præclu-  
serunt ad excipiendum lumen fidei &  
gratiæ, & causam dederunt se præcipi-  
tes agendi in grauiora crimina cum  
omniratione pugnantia. quos Beatus  
Paulus idcirco dicit esse apud Deum in-  
excusabiles. *Quia, inquit, sum cognos-  
cent Deum, non sicut Deum glorifica-  
uerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt  
in cogitationibus suis, & obscuratum est  
insipiens cor eorum: dicentes enim se esse  
sapientes stulti facti sunt. Non glorifica-  
re Deum, & gratias non agere, non  
fuit, aliud quàm non attribuere deo sci-  
entiam, sapientiam, cæterasque virtu-  
tes, quas à Deo acceperant.*

*Rom. 1.*

*Hieron. in  
c. 10, Eccles.*

B. HIERONYMVS agens de pri-  
marijs Philosophis in commentario  
Eccle-

Ecclesiasticæ, dum exponit illa verba. Labor stultorum affliget eos. Lege, inquit, Platonem, Aristotelis reuolue veritas, Zenonem & Carneadem diligentius inuere, & probabis verū esse, quod dicitur, Labor stultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni studio que fuerunt, sed quia non habuerunt ducem & prauum itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse sapientiam ad ciuitatem, minimè peruenērūt,

*Lact. l. 3. d.*

*inst. c. 15.*

*Aug. l. 5.*

*ciu. d. c. 12.*

*Bern. serm.*

*6. in Cant.*

de qua in psalmo dicitur. Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei. idem affirmant omnes reliqui S. Patres. Quamquam eorum testimonijs opus non habemus, vt probemus gentiles philosophos suo fastu & superbia, qua omnia dona naturæ & gratiæ suæ industriæ tribuerunt, sibi exitium consciuisse, cū ipsimet illud confiteantur. CICERO enim qui probè callebat Philosophorum dogmata, nec ignorabat quid in schola mundi huius doceretur, in libris de natura Deorum de hoc argumento in persona Cottæ sic loquitur. Atq; hos quidem omnes mortales sic habent, eternas comoditates, vinea, segetes, oliueta, ubertatem frugum & fructuum, omnium

*Cic. l. 3. de*

*nat. in fine.*

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 126

omnem deniq; commoditatem prosperi-  
tatemq; vita à Dijs se habere, virtutem  
autem nemo unquam acceptam Deo  
retulit. nimirum rectè. propter virtutē  
enim iure laudamur, & in virtute rectè  
gloriamur, quod non contingeret, si do-  
num à deo, non à nobis haberemus. Hæc  
sapient illi Ethnicus, vanæ gloriæ scilicet  
amore exæcatus.

ARISTOTELES quoque etsi, vt in-  
telligentior, dubitasset de philoso-  
phorum doctrina, tamen à commu-  
ni omnium sensu discederet, in eandē  
sententiam inclinavit: cum in Ethicis  
suis quæstionem ponit, si ne virtus, in  
qua partem felicitatis hu. vitæ col-  
locat, nobis à Deo, an à studio &  
ratione nostra: & causam dubitationis  
adiungit, quod si bona externa à Deo  
sint, hæc multo magis, vt pote illis præ-  
stantionem, ab eo esse debere. Nam res  
pōdet se quæstionē nō decidere: videri  
tamē diuiniore felicioremque homi-  
ninem, si suo studio & opera conse-  
quatur virtutem qua responsione in-  
dicavit, se non discedere à communi  
Philosophorum placito. Non capiebāt  
isti mundi sapientes, quomodo virtus  
simul

Arist. l. e.  
Eth. c. 9.

Lac. Stob. 2.  
Eth. c. 9.

ERA  
verba  
ge, in-  
lue ver  
diligen  
e, quod  
eos. Va  
que ste-  
cem &  
sensibus  
sapien-  
enerūt,  
is impe  
affir-  
Quam  
non ha-  
philoso-  
omnia  
lustræ  
isse, cū  
CERO  
opho-  
id in  
n libris  
mento  
et, hoc  
es, ali-  
num,  
omnib

*Aug. de bo  
no persequ.  
c. 2. Soto de  
nat. & gr.  
b. 2. c. 15.*

simul esse possit donum dei, & exerci-  
tio humano comparari: nimirū igno-  
rabant liberum arbitrium in omni acti-  
one pendere à cooperatione diuinita-  
ut eadem actio, sit tota dei, & tota libe-  
ri arbitrij: qui enim dedit liberum ar-  
bitrium, dedit & facultatem illo ope-  
randi.

HINC quoque factum est, ut cog-  
nōrint virtutem humilitatis, qua ho-  
mo contemnit se, tanquam imbecil-  
lum, qui nullum bonū habeat ex se, &  
tanquam peccatorem, omnia autem  
bona sua accepta fert Deo. Ita docet  
Augustinus his verbis. *Hec aqua, in-  
quiens, humiliationis cordis, hec aqua  
vita salutaris, abijcientis se, nihil de se  
presumentis, nihil sua potentia super-  
bē tribuentis, hec aqua in nullis alieni-  
genarum libris est: non in Epicureis, non  
in Stoicis, non in Manichæis, non in Pla-  
tonicis. Vbicumq; etiam inueniuntur op-  
tima præcepta morum & disciplina, hu-  
militas tamē ista non inuenitur. Via hu-  
militatis huius aliunde non manat,  
à Christo venit. Hec via ab illo est, qui  
cum esset altus, humilis venit.* *Quid  
autem*

*Aug. in  
psal. 31.*

TRACTATUS DE VERA 128

enim aliud docuit humiliando se, factus  
obediens usque mortem, mortem autem  
crucis? Caietanus quoque Cardinalis *Caiet. in*  
exponens Christi dictum. *Qui se humili-*  
*liauerit, exaltabitur,* ait; nec virtutem *Matt. 23.*  
humilitatis, nec superbię vitium in do-  
ctrina Aristotelis inueniri, sed tantum  
in Euangelio. Et licet humilitas virtus  
sit moralis, proprie tamen humana nõ  
est, quia humana industria non acqui-  
ritur, sed Christiana, tradita à Christo  
ijs, qui Euangelicę legi se addixe-  
runt.

Idem accidit multis sapientibus è  
populo Israhel: quamuis enim illi legis  
& prophetorum librorum scientia  
imbuti cognouerint opera bona esse  
dei, nec nisi adiuuante deo præstari  
posse à libero arbitrio nostro, non ta-  
men cognouere, ad veram virtutem,  
qua homo iustificatur, & felicitatem  
æternam promeretur, necessarium  
esse diuinum gratiæ donum ex DEI  
misericordia & Christi meritis profe-  
ctum, sed arbitrabantur se ipsa obser-  
uare legem naturalis & scriptę reddi iu-  
stos, et Dei amicos, vitaq; æterna dignos  
vt

29 TRACTATUS DE VERA

Rom. 9.

vt declarat S. PAVLVS dicēs: *Israel seclāda legem iustitia (in legem iustitia, qua iusti efficierēt iusti non peruenit. Quare) quia non ex fide, sed quasi ex operibus id est, quia non diuinæ gratiæ ope, sed sola legis obseruatione putârunt se iustos effici posse: itaque quia consili sunt suæ industriæ & studio, iustitia & salute exciderant.*

Chryf.  
hom. 13. in  
Matth.

Ex hac summa ignorantia & cecitate, tum Philosophorum, tum Hebræorum discimus, quātas gratias diuino numini debeamus, quod tam clara huius doctrinæ documenta nobis reliquerit, vt vel ex hac vna (vt alia testimonia, quæ sunt pænè innumera, de sint) intelligere possimus, Euangelicæ legis autorem nullū esse posse, nisi Deū. Nam docere hominem ex omnibus rebus suis nihil posse vel debere suum agnoscere, nisi ipsum nihil, è quo conditus est, & peccatū quo pristina iustitiæ integritate excidit: deinde omnino bonum, eiusq; laudem & gloriam debere soli Deo acceptam ferre, idq; omnibus retro seculis sapientibus huius mundi fuisse ita ignotū, vt potius contrarium tanquā licitum fecerint: Ad hoc

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 130

hac quod Christus tam liquidò hanc doctrinam tradiderit, eiusq; viua & perfectissima exempla reliquerit, suorumque fidelium cordibus impressa reliquerit, hoc inquam, tam potens & efficax testimonium est veræ fidei, vt omne miraculum externum excedat. Ac demum tam ingens hoc est Dei beneficium, vt, si alia, cæteroquin infinita & incomparabilia, non accepissemus, hoc vnum maximè nos permouere possit ad Deum toto pectore omniq; conatu amandum & colendum. Nam cum vera perfecta que virtus sit nobilissimū quoddam bonum, in quo huius vitæ felicitas consistit, mediumq; efficax ad vitam æternam, obtineri verò non queat sine humilitate, negari non potest, inter ineffabilia Dei beneficia, quo ardentissimè ad Deum redandum constringamur, huius doctrinæ notitiam numerandam esse.

CAPVT IX.

*De altero medio, nempe, propria imbecillitatis experientia, quo homo ad suam diffidentiam peruenire potest.*

G

Est



**E**TSI notitia hactenus tradita ne-  
 cessaria sit ad acquirendam sui  
 diffidentiam, nō tamen est su-  
 ficiens: eo quod notitia intellectui, dissi-  
 dentia verò insit voluntati. Humili-  
 tas siquidem vera & germana nō solū  
 postulat, vt homo credat nihil ex om-  
 nibus rebus esse suum, nisi nihil, & pec-  
 catum: omnia verò bona sua esse Dei,  
 qui est actus intellectus pertinens ad  
 fidem omnibus Christianis etiam su-  
 perbis & impijs communem; sed ve-  
 timo quoq; voluntatis affectu se regu-  
 lare rationis & intelligentiæ reipsa con-  
 formet, hoc est, se ipse tanquam creatu-  
 ram, cui nihil boni instr, despiciat,  
 & si quid boni sit, id totum, eius-  
 que gloriam omnem in auctorem eius  
 Deum conferat: humilitas enim essen-  
 tialiter sita est in voluntate, cuius est  
 hoc exercitium. Clarius id intelligi po-  
 test ex eius contrario, nempe confiden-  
 tia sui, quæ est actus superbiæ. Ea enim  
 non tam in eo consistit, vt homo om-  
 nem vim & facultatem bene operan-  
 di sibi & non Deo attribuat; hic enim  
 manifestus esset error intellectus, quā  
 quod ad boni operis executionem es-  
 op-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 198

opinione de sua industria & robore, neglecta diuini auxilij imploratione, prouolet, ac si omnē vim & efficacitatem benè agendi à seipso haberet.

Declarat hanc rem optimè doctissimus Ioannes Gerson, cum ait. *Sed dices: scio me iam nihil posse, nihil scire, nihil deinceps habere industria, nihil tamen tale, quale pollicaris, experior. Verum tamen precor attende, quomodo scire dixeris, uis dato ne audias illud improperium: Ex ore tuo te iudico serue nequā. Nam si vera & absq; ulla dubitatione ita esse iudices forte per intellectum & per rationem, ut serè omnes, cur affectio, cur operatio contradicunt? cur vel non conformiter afficeris & agis, aut cur sic afficeris, & sic agis, quasi possis tuis uiribus, tua industria, tuāque industria dignum aliquid operari? Lando iudicium tuum, quale dixisti, sed experimentalē gustationem coexigo. Venerabilis quoq; RICHARDVS de S. VICTORE de hoc argumento sic loquitur. *Voluntaria humilitas est cum ex rationis ductu homo uidet, quā in firmis sui & peccator, & quod in xpo Job, nō sic ei ausiliū in se, & huic rationi cōstitit uolūtas**

*Et hoc iudicium diligit, & deſpectus eſſe  
eligit, quia ſe noſſe eſſe ſic expedire no-  
uit. Hinc verò oritur, quod diximus,  
ad obtinendam hanc ſanctam noſtri  
diſſidentiam, non ſatis eſſe habere no-  
titiã ſpeculatiuã, quod nullæ no-  
bis ſuppetant vires ad benè agendum,  
ſed requiri præterea notitiã practicã  
& experimentalem.*

CAETERVM quæret fortè aliquis, quod  
diſcrimen ſit inter vtramq; noticiã,  
ſpeculatiuã & experimentalem? De-  
clarabo rem exemplo. Fingamus quæ-  
piã beneficio luminis naturalis vel  
fidei in eam noticiã perueniſſe, ho-  
mini non ſuppetere vires ſufficientes  
ad benè agendum, diuino opus habe-  
re auxilio, eundemq; decreuiſſe nul-  
la impatientis animi in hominum con-  
greſſu ſigna dare velle, ne Deus offen-  
datur, deinde propoſiti oblitum in ne-  
gotij cuiuſdam tractatione quendam  
ſibi repugnantem offendit, ira cõmo-  
ueri, nec abſtinere à contumelijs. Huic  
certè, ſi Deus lumen ſuum non ſubtra-  
hat, noua notitiã accedet de hominis  
impotentia in bono perficiendo, & de  
auxilij diuini neceſſitate, ac proinde &  
illud

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 134

illud implorabit. Hanc secundam notitiam, voco experimentalem & practi-  
cam, quam contendo esse necessariam  
ad consequendam veram in Deum fi-  
duciam. Atq; hoc dogma tanta exag-  
geratione inculcant S. Patres, teste Cas-  
siano, vt agens de puritate animi com-  
paranda, ita scribat. *Aiunt S. Patres, nō posse ad purum quempiam carnalibus  
vitijs emundari, nisi vniuersum laborē suum atq; conatum ad tanta perfectio-  
nis finem intellexerit non posse sufficere,  
nec eam nisi miseratione Dei & adiuto-  
rio comprehendere, non tam tradentis insti-  
tutione quā affectu, atq; virtute &  
experimentis proprijs eruditus agnos-  
cat.* *Cassian. l. 12. c. 13. & coll. 14. c. 7.*

CAPVT XI.

Notitiam experimentalem capi ex pro-  
pria imbecillitate.

**H**ANC notitiam experimentalem  
consequitur seruus dei, per quo  
tidianas mutationes de bono in  
malum, & contra, quas in animo sen-  
tit. Quisquis enim semel initium fecit  
seruendi Deo, cum proposito in cultu  
pictatis per omnem vitam perseueran-  
di.

di, facile animadvertit se crebrius in  
 multa & grauia peccata ex leui tentatio  
 ne delapsum, multoq; tempore in tali  
 statu, omnis boni in memorie perstitit  
 se, deinde graui licet sommo vitiorum  
 obruto & sepulto, ilico cogitatione in-  
 cidisse de periculo impendentis exilij  
 aeterni, ac efficaciter motum fuisse ad  
 vitae emendationem. Notauit item fa-  
 cile lucem illam & motionem, quae est  
 gratia praeueniens, nullo suo studio ad-  
 regresso in mente exorta, & assensum  
 se illi praebuisse. Sed & hoc notauit, se  
 postquam se diuino cultui constanter  
 dedit, multis medijs penitentiae, pre-  
 cu & meditationum conatum fuisse  
 nonnunquam aliquem deuotionis ten-  
 sum a Deo impetrare, nec affectum, sed  
 potius acidum cum omnis boni fali-  
 dio remansisse, ac ritum non vitam  
 audi fuisse a Deo derelictum: alias vero,  
 cum nulla huiusmodi media usurpa-  
 uit, se mirabili luce illustratum, prio-  
 res oes tenebras discussisse, animaque  
 tanta diuini amoris suauitate perfusam,  
 & ardore caelesti succensam, ut atrocibus  
 ma quaque pro Christi nomine per-  
 peti tormenta paratus fuerit. In hu-  
 iusmodi

iusmodi, inquam, mutatione & vicif-  
 tudine, homo per experientiam ve-  
 nit in cognitionem suæ imbecillitatis,  
 hoc est, quàm vacuus sit ab omni bo-  
 no, quodque omne bonum à Deo  
 proueniat.

DOCENT Philosophi, Lunam totum  
 lumen suum mutuari à sole. Si Luna  
 semper esset plena, ignari Philosophiæ  
 id scire nõ possent, nisi ex institutione  
 alterius; at quoniam semper plena nõ  
 est, facile per experiẽtiã animaduertũt,  
 ex tam crebra eius mutatione illã nul-  
 lũ lumen habere, nisi à sole. Sic mentes  
 piorũ fidelium, ex frequẽti mutatione  
 quã in se indies experiũtur, quod nõc  
 sicut quasi caligine quadã offusæ, nunc  
 clarissimã quadã lucem sentiãt, perue-  
 niunt ad notitiã experimentalẽ, quod  
 omne lumen, omneque bonũ illis con-  
 tingat à Deo, eoque verius, quo anima  
 quoad bona omnia atque etiam naturã  
 suam magis penderet à Deo, quã Luna  
 quoad lumen suũ à Sole. Ex hac autem  
 notitia experimentalĩ mox cõsequitur,  
 vt eadem mētes profundissimẽ se corã  
 Deo abijciãt, & sibi ipsis diffidãt, omne  
 auxiliũ & subsidiũ à Deo præstolãtes.

MERITO autem fideles omnes firmissimè confidere possunt, hoc subsidium diuinum sibi non defuturum. cū enim Deus homini imperet & cōsulat studium veræ virtutis & perfectionis, sciatq; illi deesse vires ad hoc studium persequendum, liquet illum profusa infinita liberalitate & clementia operâ suam homini non denegaturum, tum quia nūquam Deus impossibilia, tum quia auxilium suum promisit, ac re ipsa præstat omnibus etiam sceleratissimis, imò iisdem nonnunquam efficacissima adiuncta præbuit emergendi ex omnibus malis culpæ & pœnæ, in quæ prolapsi erant, nulloq; ipsorum merito ad magnas gratiæ, gloriæque opes euexit.

HANC philosophiam cælestem Deus populum suum israheliticum docuit, nam cum eos ex Ægypto eduxisset, multisq; ac magnis cumulasset beneficijs, ne succedentibus rebus prosperis deinceps insolescerent, suisq; viribus confisi obliuiscerentur Dei, magnis afflictionibus sæpe eos probauit, vt inopia aquarum in solitudine, serpentum morsu, vicinorū hostium persecutione  
repen-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 138

Repentina interuencione . ut haerentium  
aduersarum secundarumque vicissitu-  
dine reipsa cognoscerent omne bonū  
sibi contingere diuinitus, atque ita sug-  
industriæ diffisi se humiliarent, & om-  
nem spem & fiduciam in Deo defige-  
rent. Hæc enim miseranda hominis cō-  
ditio est, prosperitate temporali vel spi-  
ritali plus æquo efferri, nec deprimi  
vel subijci, nisi flagellis à Deo in corpus  
vel animam immisis, quæ crebrò ef-  
fugere potuisses, si prius se humiliasset,  
& imbecillitatem suam agnouisset.

Quod confessus est Moyses cum ad po-  
pulum israheliticum ita loqueretur.

*Postquam afflixit ac probauit te Domi-  
nus, ad extremum miseratus est tui.* *Deu. 8.*

Dic, o propheta sancte, cur Deus tanta va-  
nerate usus est, ut nunc affligeret popu-  
lum, quæ liberaret ab afflictione? Sed  
mox respōdet, subijciens. *No dices in  
corde tuo. Fortitudo mea, & robur ma-  
nus meæ hæc mihi omnia præstiterunt:  
sed recorderis Domini Dei tui, quod ip-  
se tuires tibi præbuerit, & impletet pactū  
suum, super quo iurauit Patribus tuis.*

TESTIS eiusdē rei optimus est B. AVGV *Aug. in so-  
liloq. c. 15.*  
G 5 facie-



faciebat in eius anima, egregiè diffide-  
 tiam sui didicit, dum in hunc modum  
 secum loquitur. Fortissime magnipotens  
 Deus, Credebam me fare aliquid, cum  
 nihil essem. Cogitabam me esse prudentem,  
 & deceptus sum, dixi quid diuus  
 essem & nullius egerem, & nesciebam,  
 quoniam pauper eram, cecus, nudus,  
 miser & miserabilis. Sed nunc video, quo-  
 niam si quid boni est parui, vel magni, do-  
 num tuum est, & nostrum non nisi ma-  
 lum est, & nisi tu custodieris ciuitatem, in-  
 vanum laborant qui custodiunt eam. Sed  
 dic mihi gloriose Augustine, unde hau-  
 seris doctrinam, quæ ad tantam sub-  
 missionem diffidentiamq; tui te pro-  
 uocaret? Respondet ibidem, Credebam  
 me sufficere per me, nec percipiebam, quo-  
 niam tu regebas me, donec aliquantulum  
 te elogasti à me, & cecidi statim in me,  
 & vidi, & cognoui, quoniam tu regebas  
 me, & quod cecidi, fuit ex me, & quia  
 surrexi, fuit ex te. Atq; hæc est experientia,  
 qua serui Dei, iuuante diuina gratia,  
 in notitiam suæ imbecillitatis deueni-  
 unt, & suæ industriz diffidunt. Quam-  
 quam negandum non est Deum qui-  
 buldam etiam sine dicta experientia

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 140

communicare perfectā notitiā sui,  
sed in ijs inopiam experientiae, gratiae  
suae abundantia compensat, quod pri-  
uilegium paucorum est.

CAPVT XIII.

*De tertio medio, quo diffidentia sui pra-  
randa est, nempe si à Deo eam  
cum perseverantia  
petamus.*

**S**CVT supra monuimus ad cō-  
randas cæteras virtutes & Dei do-  
na, non negligēda esse media, licet  
in his fidendum non sit, sed tãdum in  
Deo, sic ad obtinendam sui diffidentia  
non negligenda sunt iam dicta media,  
ac imprimis oratio, qua auxilium diui-  
num implorandum est, vt perfectionē  
huius virtutis imprimis assequamur,  
hoc est, vt penitus nobis diffidamus, &  
& spēs nostras in Deum proijciamus.  
Diffidentia enim hæc est præcipuus  
actus eius virtutis, nempe humilitatis,  
quæ in lege Evangelica facillè obtinet  
principatum, & si quæ alia, hæc maxi-  
mè vires naturales hominis excedit, &  
ideo

241 TRACTATUS DE VERA

ideo speciali auxilio Dei ad eam consequendam indigemus. Ita præclare docet Ioannes Gerson. *Hac, inquit, humilitas est, qua homo diffidit sibi, & nemini se anteponit, qua cum sit maxima, videtur parua, quia hominem paruum reddit in sua existimatione: cum sit sapientissima, videtur insipiens; facit enim ut homo agnoscat suam ignorantiam. Quod si quis cogitet, se posse suo studio & industria consequi hanc virtutem, procul dubio errat, & admodum in tali opinione superbit. solus enim Deus est, qui per gratiam suam eam in animam infundere debet, & in ea conservare. Hoc scire, & confiteri est magnum donum Dei, & ipsius humilitatis principium.* Hac Gerson.

POSTULAVIMUS igitur à Deo in omnibus precibus hanc virtutem, non cessamus clamare ad misericordiam diuinam portas, donec thesaurum hunc impetremus, nec omittamus nos cum gemitu commendare Beatiss. Virgini MARIÆ, Angelis, alijsq; sanctis, ut eam nobis exorent. Neque enim fallere potest Verbum dei, dicens. *Patite & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur*

Matt. 7.

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS. 242**

*rietur vobis. Petamus hoc donum non languide & negligenter, sed cum magno desiderio, non secus quam qui haustum aquæ petunt in ardentissima siti, & qui medicinam in grauissima ægitudine. Sic enim fiet, vt in corde nostro responsum de celo audire mereamur, quod olim datum est Danieli per angelum. Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exauditæ sunt verba tua.* **Deu. 10.**

VT verò hæc oratio sit efficacior, adiungamus illi aliqua opera misericordiz vel corporalis, vel spiritalis: his enim promissum est lumen illud, quo homo cognoscens se ipsum, sibi diffidat, iuxta illud *Isaiæ. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebra tua erunt sicut meridies.* Adiungamus quoque aliqua ieiunia, & alias castigaciones carnis, quæ, vt alibi dicemus, plurimum iuuant orationem. Quanquam & ad hoc donum obtinendum, seruire nobis queant cõsiderationes omnes, quæ mentem atollunt ad fiduciam omnem in Deo collocandam: cuiusmodi est cõ

**G 7**      **sideratio**

143 TRACTATUS DE VERA

consideratio diuinæ bonitatis, caritatis, & misericordię infinitæ, quam declarauit semper erga mortales, quantumuis grauissimos peccatores, qui sincere ad eum cõfugere, & vitam cortexere. Deinde cõsideratio innumerabilium, immensorumq; beneficiorum, quæ nullo nostro interueniente merito, liberalissima manu in nos profudit, ac speciatim incarnationis, passionis, & mortis filij Dei, tum diuinorum sacramentorum, sanctarum inspirationum, perpetuæque curæ de nostra salute, quæ continenter nos inuitat ad suam gratiam & amorem, & neminem nõ specialibus quotidie beneficijs afficit.

OMNES hæc considerationes, quæ inuuant hominem ad fiduciam collocandam in Deo, inuuant quoq; ad diffidentiam sui: quæ admodum enim verum est, quod supradiximus hominẽ quo plus diffidit sibi, hoc plus cõfidere in Deo; sic verum est, eundem, quo plus confidit in Deo, hoc plus diffidere sibi. Nam dũ perperdit maiestatem, bonitatem & potentiam Dei infinitam, tam magnam & promissum eiusdem in omnibus, quæ desiderare potest, subsidiũ, voluntatem quoq; quous

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 144

quouis vitæ nostræ momento necessa-  
ria omnia auxilia suppeditat, vicissim  
totū se in manus eius diuinas regendū  
& gubernandum tradit, vt sic maiori  
fauore & beneuolētia se dignum red-  
dat, cum verò ad sui considerationem  
oculos reflectit, mox agnoscit suam vi-  
liratē, imbecillitatē, & suum nihil.  
Sicut enim exigua candela ardens in  
meridie exposita soli, nullam lucem vel  
splendorem reddere videtur; sic homo  
collatus soli, nullus sibi, quoad omnes  
facultates naturales, videtur, & ideo  
facile se deprecit, & sibi diffidit, dicens  
cum Dauide *Ecce mensurabiles posuisti*  
*dies meos, & substantia mea tanquam* *Psalm. 38.*  
*nihilum ante te.*

CAPVT XIV.

*Quanti faciendum sit hoc donum, ac  
promde quā studiosè à Deo  
postulandum.*

**V**T dictum donum per media iam  
nominata maiori animi prom-  
ptitudine à Deo impetremus,  
eoque orationes nostras efficacius re-  
feramus, conuenit ad extremum  
diligen-

diligenter expendere caelestes opes in  
 eo recoditas: si enim virtute diffidentie  
 consecuti fuerimus, humilitatem quoque  
 consequamur necesse est, et qua tanquam  
 fonte diffidentia manat. De qua S. LEO  
 Papa ita scribit. *Tota dilectissimi Christi  
 sapietia disciplina, non in abundantia  
 verbi, non in astutia disputandi, neque in ap-  
 petitu laudis et gloriae, sed in vera et  
 voluntaria humilitate consistit, quam  
 Dominus IESVS ab utero matris usque  
 ad supplicium crucis pro omni fortitudi-  
 dine et elegit, et docuit. Hac virtute an-  
 t. dotum quoddam caeleste ad sanan-  
 das omnes plagas comparamus, deinde  
 de admirabilem quandam patientiam  
 quillitatem, et robur ad tolerandos om-  
 nes huius vitae casus assequimur. Nam  
 ut postea dicemus, nulla re aliam hoc  
 saeculo perturbamur, quam passioni-  
 bus irae, superbiae, concupiscentiae, alijs  
 que similibus in imo corde astuantibus:  
 ab his autem vindicat nos vna haec  
 humilitas, ut docuit B. DOROTHY in  
 verbis. *Ab omni fatior nos passione tri-  
 pi per humilitatem, et ab omni tenta-  
 tione protegi animam. Nam vero humili-  
 li, quicquid adversi contigerit, illud in se*  
 totus*

Leo. Serm.  
 7. de Epi-  
 st. van.

Doro: h.  
 Serm. 2.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 146

totum contrahitur, illicò indicat se dignū  
ea aduersitate & arumna, nec sustinet  
quenquam accusare, non sustinet in a-  
lium causam huiusmodi inferre. at sine  
perturbatione, sine molestia, cum omni  
tranquillitate se habet.

Huius virtutis beneficio posside-  
mus thesaurum omnium virtutum.  
nam vti caritas omnium virtutum re-  
gina est, sic humilitas earundem ma-  
ter. & ideo etsi verum sit, nos, cum per-  
fectè vel vnam virtutem possidemus,  
possidete virtutes omnes, tamen con-  
gruentius id dicitur de humilitate; per  
hanc enim omnes reliquarum virtu-  
tum difficultates tolluntur, & est qua-  
si breuis, suavis, & secura ratio & via  
qua ad omnes virtutes perueniatur.  
Attentio; si quis per infirmitatē coporis  
non valeat ieiunare, non diu orare, nō  
asperioribus pænis carnem affligere, si  
per inopiam non potest operibus mise-  
ricordiz vacare, aut ob ignorantiam a-  
lios docere vel solari, humilitate tamē  
potest omnium illorum exercitiorum  
spiritualium defectum compensare. I-  
taq; idem sanctus sic de ea scribit. *Max-  
ima est humilitas, per quam Sanctorum*  
quo-



*quiuis. incessit & cum labore via longi-  
Doro ibid tudinem abscidit. Potest enim sola humi-  
litas nos introducere, ut aiebat Ioannus  
Abbas.*

QVARE si vires nobis desint, ad to-  
lerandos cum sanctis magnos corpo-  
ris labores, saltem conemur nos toto  
corde humiliare: nec dubito nos tantam  
gloriam in cœlo promerituros, quan-  
tam cōsecuti sunt multi, qui in magnis  
laboribus hanc vitam traduxerunt; id  
enim idem quoq; Dorotheus asseue-  
rat. Magnus thesaurus est omniū vir-  
tutū possessio, sed multo maior, quod  
per humilitatem fit, secreta possessio.  
Hæc enim est velut castrum quoddam  
munitissimum, in quo reconditur vir-  
tutum thesaurus, ne ab hostibus dir-  
piatur: & murus inexpugnabilis, quo  
omnes aduersariorū ietus repelluntur.  
*Qui virtutes sine humilitate cōgregat,*  
auctore B GREGORIO, *similiu est ei*  
*qui manibus puluerem in ventum per-*  
*tat, à quo statim dissipantur. In lege*  
*veteri Deus mandauit, vt quando do-*  
*mus noua ædificaretur, construeretur*  
*murus tecti per circuitum, ne quis fa-*  
*cilè è tecto rueret. In ædificio virtutū,*  
vt ait

*Greg. 8. m.*  
*in Euang.*

DIFFIDENTIA SVIS IPSVS 175

vt ait idem Dorotheus, tectum est caritas, quæ est perfectio & cõsummatio omnium virtutum, murus verò quo à lapsu prohibentur qui sunt in tecto caritatis, est humilitas.

O gloriosa diffidentia sancta, germana humilitatis filia, quæ tecum & cum illa omnium virtutum possessionem adisti, easdemque intra cordis nostri domicilium conseruas & custodis, ac proinde in hac vita securos nos de salute reddis; quæ fructuosè pius & Christianus homo omni studio & opera cõtendit, vt tua familiaritate fruatur, quæ vtiliter sine intermissione misericordiam diuinæ portas in orationibus suis pulsat, vt te consequatur, dicens cū Davide. *Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacobi? Locus autem Domini vbi est, nisi in corde humili? Ita enim Dominus ipse per prophetam, Super quem, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & contritum spiritu, & tremantem sermones meos?*

Dorotheo, doct. 1.

Psalm. 138

Isa. 66

CA.

*Quibus signis homo humilis & sibi diffidens cognoscatur.*

**Q**VONIAM in schola virtutis tam necessaria est diffidētia sui, vrbatenus declaratum est, magni quoq; facienda sunt omnia, quę iuuate possunt, tum ad illam melius intelligendam, tum etiam ad exercendam; & ideo declarabimus, quibus indicijs & signis anima verē humilis, sibiq; diffidens, soloq; diuino nixa auxilio dignosci possit. Primum est, si in omnibus quę agere vel loqui instituit, prius se deo commendet, & mente incalum erecta, singulare & copiosum auxilium ab eo postulet: cum enim exploratā habeat imbecillitatē suā, & experientia didicerit proliuem esse in rebus etiam leuibus lapsum, si nostrę industrię fidamus, soloq; auxilio sufficienti, quod Deus nemini negat, contenti simus, facildē videt, nisi ad fontem misericordię recurratur, nihil vel parū boni se effecturū. Talium autem preces Deū exaudire testatur Psalmista his verbis: *Desideriū pauperū exaudivit Dominus, preparationē cordis eorum audivit auris tuas. Pauperes enim vocat,*

*Psal. 9.*

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 150**

qui memores suæ infirmitatis sibi diffidunt.

PALLADIVS Cappadociæ Episcopus refert sanctum Pambonem Abbatem diuina prudentia sapientiâq; præditum, quoties ab eo consilium, vel respõsum de quæstione aliqua postularetur, nunquam ilicõ respondisse, sed spatium petiuisse, prius rem commendandi Deo, ac tum demũ responsum dedisse. quæ pia consuetudine effecit, vt iam vicinus morti confessus sit, se nunquã verbum vllum potulisse, cuius pœnituisset; & tamen tanta submissione animi præditus erat, vt consuerit dicere; se nõdum vitæ verè religiosæ initium fecisse. Contra accidit ei qui nimium suis viribus præfidens negligit in actionibus suis diuinum inuocare præsidium. Vnde fit vt et ebrius hallucinetur, sicut contigit Iosue. Nam cum Gabaonitarum legati ad eũ venissent, & insigni fraude cõfixissent se è lõginquis regionibus profectos, eiq; rei argumento esse sacrorum calceamentorumq; vetustate, panum, quos recentes accepissent, duritiem, Iosue cum suis nimium suæ prudentiæ consilii pacis fœdera interposu-

*Pall. in  
hist. Lausian.  
ca.*

*Ios. 9.*

TRACTATUS DE VERA

sito iurciurando cum iis iniit. Cuius erroris diuina scriptura causam illam com memorat, quod in precibus os vel consilium Domini explorare neglexissent.

Quare in omnibus actionibus nostris mente in Deū sublata semper supplices ad Deū prius cōfugiamus, & resum illū, quem Ecclesia initio singulorum horarū vsurpat, familiare habemus. *Deus in adiutorium meū intende. Domine ad adiuuandū me festina.* teste CASSIANO, olim etiam Eremitæ inuentionis cuiusq; operis vtebantur. Quod verò vel illo, vel alio simili vtebantur, uenit, ut simul adiungamus breuem aliquam precatiōem ad sanctam Mariam Virginem, velut aduocatam nostram ad obtinendam gratiam efficacem, ut quod his vel alijs verbis. *ORA* pro nobis sancta Dei genitrix, & impetra gratiam in hoc opus ad Dei gloriam bene faciamus, & bene faciendū digni efficiamur promissionibus CHRISTI filij tui. *ALEX.* ALTERVM signū hominis vere humilis, sibiq; diffidētis est, si omnia pericula occasionesq; peccandi fugiat, quod habet, si onera & officia magna, in quibus

*Psal. 67.*

*Cass. l. 10.  
col. c. 10.*

D.F.F.DENTIA SVI IPSIVS 132

bus facilis est lapsus, declinet, nec admittat, nisi caritas vel obedientia compellat, si detractorum colloquia horreat, si cum sola muliere agere reformidet: probè enim nouit sibi ne ad vanam quidem tentationem, quantumuis leuem, expugnandam sat esse viriū, Deumq; efficacem suum concursum subtrahere illis, qui temerè se in pericula ingerunt, magna verò liberalitate gratiā suam effundere in humiles, qui suæ imbecillitatis conscijsunt. In historijs Fratrum Minorum D. Francisci narratur, quendam purissimæ vitæ fratrem, nomine Rurgerum, diligentissimum oculorum suorum custodem fuisse, sic vt nunquam in foeminas, etiam cognatas, quas alloqui necesse habebat, eos coniecerit. Vnde Pater spiritualis, qui perspectam eius conscientiam habebat, eum aliquando percunctatus est, quid causæ esset, cur cum tanto puritatis dono, præditus esset, tamen vultum auerteret à conspectu mulierū honestarum? Et respondit homo sanctus, & à Deo illustratus. Pater, quādo homo facit quod iniecit, occasiones peccādi fugit, tū vicissim

Da vs

Parte 2. l. 4.  
cap. 52.

DEVS facit, quod in se est, & hominem  
tuetur ac custodiat quando homo se  
temerè coniecit in discrimen, tum etiã  
iuste à Deo deseritur; ac ita fit, vt facile  
ob naturæ corruptionem in peccatum  
aliquod graue dilabatur; sicut multi  
etiam sanctitate clarissimis accidit. V-  
no tantũ exẽplo ero cõuentus, quod est  
apud SIMEONEM Metaphrasten de Sa-  
cobo Eremita, nõ solum vitæ sanctitate  
conspicuo apud fideles ac infideliter  
ẽ quibus multos perduxit ad veram fi-  
dem, sed etiam maximis miraculis cla-  
ro, qui totos quadraginta annos in so-  
litudine solis herbis & radicibus vitam  
tolerarat, & nocturnis diurnisque horis  
continenter precibus vacarat. Huius  
fidias struens Sathan, facinorã locu-  
pletum parentum filiam ingressus est  
per eam nomen S. Jacobi prodit, pater-  
tes eam ad tugurium eius diu quãdam  
adducunt, exponunt filiam in seculum  
que iam à viginti diebus nihil cibi pro-  
tusue degustasset, & proprijs manibus  
carnes suas discerperet. Crat proli-  
sanctus, dæmon abscedit. Parentes re-  
riti, ne breui reuerteretur, obsecrãt  
eam vt biduo saltem eã secũ retineat.

L. Surius in  
anuar.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 154

Ille ab sanctitatem vitæ superioris & miracula nimium sibi præfidens, consentit. Ac DEVS videns eum suæ imbecillitatis immemorem, pristinum suum auxilium ei subtraxit, permisitque eum labi non solum in sacrilegam fornicationem, sed etiam homicidium, nam post lapsum reformidans ne puella scelus aliquando patefaceret, eâ medio sustulit. Quo casu commemorato, Metaphrastes subiungit, huius ruine nullam aliam fuisse causam, quam occultam Monachi superbiam.

PERPENDENS verò deinde idem Iacobus, quam tetro scelere se inquinasset, in tantam desperationem animi venit, ut cogitaret deserta vita religiosa redire ad mundum: sed clementissimus Deus memor laborum quos pro Christi nomine tot annis sustinuit, diuinæ lucis radijs eum animum per aliquam diuinitatem Dei seruum ita perstrinxit, ut spe veniæ impetrandæ erectus, sese in peruetustum quoddam sepulchrum subterraneum integro decennio vsque ad mortem abdiderit, noctu diuq; cū asperrima penitentia lapsum suum incredibili dolore animi assiduus lacry-

H. mis,



mis, & tanta confusione sui deplorans, vt neque oculos in cælum extollere auderet, nec cum vilo mortaliu miscere sermonem, plenam, scilicet, diffidentiam tandem assecutus.

Quo exemplo discimus primo, nunquam in præterita castitate vel sanctitate confidamus, etiam si multis annis eam coluissimus, ac etiam multis oculis testatam fecissimus. Deinde quænoxia & pernitiōsa sit superbia & confidentia sui confidentia, vt ob quam Deus patitur hominem in tam gratia impingere crimina, vt alicubi etiam ob-

Greg. l. 25.  
mor. c. 13.

seruauit S. GREGORIUS. Adhæc si forte lapsi fuerimus ex incuria, non idcirco nimium despondeamus: neque enim vult DEVS mortem peccatoris; sed penitentiam agamus; & peccatum coliteamur cum proposito nunquam relabendi; sic enim, Deo propitio, facilius pristinam gratiam recuperabimus. Denique sigillatim hinc docemur, vt inuitio semel in cultu veræ pietatis factum omni studio pericula occasionesq; labendi defugiamus, etiam si certo constaret, Deum post lapsum spatium penitentia non denegaturum; atque etiam magis

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 178

magis, quo & hoc incertius est. *Qui 2. Eccl 3.*  
*nam amat periculum, vt monet spiri-*  
*tus sanctus, peribit in illo.* Hoc enim stu-  
dium & diligentiam postulat à nobis  
amor & fidelitas quam Diuinæ mai-  
estati & bonitati debemus.

CAPVT XVI.

*De alijs signis, per exempta sancto-*  
*rum declaratis.*

**T**ERTIVM signum serui DEI suæ  
industriæ diffidentis est, quādo  
bonum aliquod opus quod ad  
gloriam Dei maiorem, suamq; & pro-  
ximorum salutem putauit suscipien-  
dum, etiam si videat vires suas longè  
esse impares, & media insufficientia,  
auxilij diuini affuturi spe erectus for-  
titer prosequitur. Ratio est, quia si  
fiduciam collocet in Deo, iam fœ-  
licem inchoati operis successum & ex-  
itum non metitur ex sua industria sed  
Dei omnipotentia, quæ nullis limi-  
tibus clauditur, & sæpe etiam per im-  
becilla instrumenta admirabilia effi-  
cere solet: Cuius rei multa luculenta  
H 2                    exstant.

exstant exempla in literis diuinis. Filii  
 Israel pugnatu contra Philistæos  
 tantum erant numero sexcenti, (ceteri  
 enim fuga dilapsi erant) ijque inter eos  
 nullo gladio vel hasta, excepto vno Sa-

1. Reg. 13.

¶ 14.

le eiusque filio Ionatha, muniti. Philistæi  
 ita vero tanto numero confluxerant  
 vt scriptura dicat, triginta ijs. curruum  
 fuisse millia, reliquum autem vulgus  
 innumerabile instar arenæ maris. Et  
 tamen solus Ionathas cum puero  
 migero audeo tantum adoriri exercitum  
 solo auxilio diuino fretus; nam in  
 verba armigerum allocutus est. *Nisi  
 Domino difficile saluare, vel in multis  
 vel in paucis.* Nec defuit tantæ  
 ciæ. DEVS, tantum enim terrorem  
 conturbationem immisit hostium ca-  
 stris, vt Ionatha inchoate pugnam  
 que mox prosequente reliquo populo  
 Israelitico, ingens strages facta sit  
 listæorum, ac post cædem & fugam  
 hæc amplà relata.

Scrius in

Ianuar.

GAVFRIDVS Abbas refert de S. Petri  
 Tarantasia, eum nõ. semel ad maiores  
 gloriam Dei magna quædam & ardua  
 aggressum, eoque exitu felice, qui  
 magis in Deo fidebat. In Episcopatu  
 quodam

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 158

quodam multos abusus, & deprauatissimos mores deprehenderat: hos vt corrigeret, rem difficillimam tentauit, repugnantibus licet quamplurimis, nempe maximos quosque viros loco & dignitate mouit, & alios eorum vice substituit, idque, vt addit auctor, sola fiducia in Deum coniecta, quem per orationes implorabat, fretus. Hic ergo est fructus eorum, qui diffidentes viribus humanis spes omnes in diuino desigunt auxilio. Contrarius vero eorum, qui nimium confidunt in sua potentia & viribus, vt licet multos magnosque labores ad rem aliquam consequendam impendant, nihil tamen tandem obtineant.

PALLADIVS commemorat de S. *Pallad. in hist. Laus.*  
Abbate Moyses, eum, cum esset viribus corporis valentissimus, animo vero fragilissimus, toto corde ad CHRISTVM conuersum esse: ac principio quidem grauissimis tentationibus, speciatim sordidarum & impurarum cogitationum obnoxium fuisse: Ad quas expugnandas exemplo sanctorum Patrum varijs utebatur medijs; totum enim sexennium maximam noctis partem *in somnis*

H 3

in omnibus in orando consumebat, manibus laborabat, modica panis parte victitabat, aquam ad seniorum monachorum cellas deportabat, aliasque penitentias & mortificationes duras subibat: & tamen victoriam contra diabolice tentationes obtinere non poterat, immo ab illis perire in desperationem aliquando impulsus est, ut de monastico proposito deserendo cogitaret. In hac erumina existentem inuisit forte S. Abbas Hilarius & ex parte Dei illi dixit. Ab hac hora in nomine Iesu Christi finis eruminationum tuarum. Et ira euenit, nullam enim amplius tentationibus subiectus. Subiunxit deinde sanctus, quod Deus illi non concessisset citius victoriam, nimirum, ut ne laboraret ipse in presumptionem, qua existimasset se certius suis spiritualibus tentationibus & non auxilio Dei depulisse. Itaque Deus tandiu prorogauit certamen illud, ut Moyses consequeretur donum dignitatis sui, considerando se tot laboribus non obtinuisse victoriam, quam alij minimis saepe impetrassent. Quocirca sanctus quidam homo in Ordine Minorum aliquando dixit. Optimū remediū in omnibus

In hist. Mi.  
p. 3. l. 5. c.

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 106

47. & 48.  
 tentationibus est humilitas, quia facit  
 hominem diffidere sibi, & confidere in  
 solo Deo. Deinde saluberrima scientia  
 est, propriæ misericordiæ agnitio; dum enim  
 homo eam considerat, ilicò cogitat de  
 quærèdo subsidio, & si quærat in Deo,  
 inuenit, & vbi inuenit, magna mox  
 fiducia in Deum fertur, ac demum e-  
 uanescente inordinato amore creatura-  
 rü, totus amore in creatorè exardescit.

Quartü signü animæ sibi diffidentis  
 est, in aëto quodã & casto in Deum a-  
 more vestita sit, cuius beneficio vche-  
 menter reformidet eü etiã in minimo  
 offendere. etsi enim expenso diuino fa-  
 uore & beneuolentiã ad omne bonum  
 prompta in magnã spẽ & fiducia eriga-  
 tur, summãq; capiat cõsolationẽ, tamẽ  
 ex altera parte cõsiderata sua imbecilli-  
 tate, & procliuitate ad malũ, quã multi  
 etiã se meliores ceciderint, quãq; tante  
 fauore indigna sit, non parũ extimescit  
 lapsum, ac inter spem metumq; hæret  
 adimplet, quod dicit ad fideles S. Pau-  
 lus. cum timore & tremore salutem ve-  
 stram operamini. quasi diceret. Præ-  
 state opera bona, quibus salutem  
 æternam promereamini, non præsu-  
 mende

Phil. 2

H

mendo de vestris viribus, sed intimo  
quodam timore vestrae fragilitatis, qui  
exterius verbis & factis demonstratur.  
Ac, vt declarat Apostolus, timorem huius  
sanctum oriri debere ex cognitione  
sui, hoc est, quod nihil boni in nobis  
sit, quod facere possimus, adiugit, Deus  
esse, qui operatur in nobis velle & posse  
sere pro bona voluntate.

Qui pretiosum aliquem lique in  
vase vitreo, cuius fragilitatem nouit  
deportat per loca pestosa, vel magna  
ventis exposita, cautè admodum huius  
pedum vestigia, ne incuria aliqua  
trum frangatur: sic fideles qui prode  
noscunt, quam pretiosum & nobilissimum  
gratie thesaurum gerent in vasis fragili-  
bus, vt loquitur Apostolus, animam  
sua, magno cum timore vias huius vite  
perdifficiles perambulans, omnibus  
busque praesidijs bonorum operum,  
sacramentorum, orationum ad conser-  
uandam hanc gratiam se communit  
& quanquam timeant, longe tamen se-  
curiores sunt iis, qui expectes timoris  
viuunt, imò si quæ in hac vita securi-  
tas est, illa hi soli fruuntur. Vnde sapien-  
ter dixit S. BERNARDVS, in veritate dicitur

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 162

adici nil a què efficax esse ad gratiam pro- 54. in Cas  
merendam, retinendam, recuperandam,  
quàm si omni tempore coram DEO in-  
ueniaris non alium sapere, sed timere.  
Beatus homo qui semper est pauidus. Prover. 28.

CAPVT XVII.

Quatenus homo diffidens sibi, omnibusque  
creaturis possit fiduciam collocare in  
operibus bonis, & intercessio-  
ne sanctorum.

**D**IVINAE scripturæ sententiæ &  
dogmata, quia ab eodem aucto-  
re infallibilis veritatis, nimirum  
Deo, sunt profectæ, si rectè intelligantur  
magnam habent inter se consensionē.  
Pari ratione habet & doctrina hactē-  
nus à nobis ex scripturis tradita; etiam-  
si quædam sententiæ in speciem illi re-  
pugnare videantur, vti videbimus. Sã-  
cti patres nunc docent omnem fiduci-  
am à nobis collocandam in DEO, nunc  
aiunt in sola eius misericordia & cle-  
mentia fidendum, & diffidendum nõ  
bis, viribusque nostris, & omnibus re-  
bus creatis. Sic tradit sacra scriptura, sic  
canit Ecclesia alloquens deum in qua-  
dam oratione, *Familiam tuam, quasias*

H 5  
mss



Dom 1. post  
Ephiph.

Os. 13.

Psal 145.

Isa. 30.

Hier. 17.

1. Tim. 26.

mus Domine, continua pietate custodi  
ut qua in sola spe gratia caelestis inmit-  
tur, tua semper profectioe muniat. Et  
in alia oratione. Adeste, Domine suppli-  
cationib<sup>9</sup> nostris, ut qui nostra iustitia fi-  
ducia nō habemus, eius qui tibi placuit  
precib<sup>9</sup> adiuuemur. Deinde cū dicit scri-  
ptura in me tantū auxiliū inuē: cū mo-  
net Psalmista, ne confidamus in filiis  
hominum: cum Isaias & Ieremias pro-  
phetae sancti loquuntur de peccatis, qui-  
bus affligit Deus confidentes in semet-  
ipsis: cum S. Paulus hortatur, ut spem  
collochemus omnem in Deo viuo, quid  
aliud volunt, quā omnem fiduciam  
in solo Deo defigendam.

CÆTERVM alibi eadem diuina  
Scriptura docet opera bona in se  
esse digna vita æterna, & per illa speran-  
dam esse beatitudinē nostrā, sic pro-  
sus, ut spes nostra inanis sit futuris, si  
eius quā per talia media illā sperarem.  
Ecclesia quoque à spiritu sancto docta  
hortatur nos, ut cōmendemus nos o-  
rationibus sanctorū, tā in celo, quā in  
terra degentiū. Quæ certē fieri nequeūt  
nisi aliquo modo cōfidamus & in hor-

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 164

nis operibus, & Sāctorum meritis. RESPONDEO, opera bona duobus modis considerari posse: semel, vt sunt propria hominis, & à libera eius voluntate profecta. quo sensu nequaquam fas est nobis in illis fidere. & eodem sensu arguit S. Paulus eos qui in suis operibus cōfidūt & de iisdem gloriātur Et Christus inutiles appellat seruos etiā si fecerint omnia quæ illis sunt præcepta. Item possunt cōsiderari opera bona, quatenus à diuina gratia sūt profecta, per quā Spiritus sanctus habitare dicitur in iustorum cordibus; & quatenus cōmunionē habet cū meritis Christi. Iustini, qui opera illa faciunt sunt vna Christi mēbra. Deniq; quatenus sūt dona Dei, & sine diuino eius auxilio nō fiunt. Et hoc sensu dicimus nos debere primò & principaliter cōfidere in Deo. secundariò autē in nostris bonis operibus, sicut fecit S. Paulus dicēs: Bonū certamē certavi, curā cōtinuā, fidē seruauī, in reliquo rōpō sita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Et alibi. Qui reddet unicuique secundum opera eius. Eodem modo possumus iustos duobus modis cōsiderare.

H o Primo,

Rom 9 &  
11. Luc. 17.

S. Tho. 22.  
q 2, n. 1. ad  
3.  
Vegam. C.  
Trid. 2. 25. c.  
18. & de  
Iustif. q 4.

2. Tim. 4.

Rom 2.  
Psalm. 16.

ERA  
custodi  
inmitt  
iatur. Et  
suppl  
stitia  
placuit  
dicat sci  
mō  
in filij  
ias pro  
nis, qui  
semet  
vt spem  
io, quid  
duciam  
diuina  
torum  
specta  
te prot  
aras, ut  
rarem?  
docta  
nos ora  
iam in  
equat  
in ho  
nis

285 TRACTATUS DE VERA

*Roem. 17.*

Primo, ut sunt homines, & secundum facultates eorum naturales, & hoc modo non confidimus in illis, imò maledictus dicitur apud prophetam, qui hoc sensu in homine confidit. Secundo, quatenus sunt amici DEI, & gratia gloriæq; diuinæ participes; & hoc modo principaliter quidem in Dei misericordia, secundario verò confidere possumus in sanctis iam in celo regnantibus, & in iustis adhuc in terra degentibus.

*Reg. in C  
Trid. c. 18.*

QUANQUAM & hoc diligenter notandum est, confidere in bonis operibus, quatenus à gratia DEI manant, & dona DEI sunt, atque item confidere in sanctis, ut sunt amici Dei, vel qui DEVS illis tanquam instrumentis vitur in nobis iuuauit, est confidere in ipso DEO, eiusque subsidijs, quare & salua ac illibata manent dicta diuinæ scripturæ antè illata, quibus asseritur, in solo DEO fiduciam collocandam non in rebus creatis. Sicut enim qui homines amant purè propter Deum, & in creaturis letantur propter Deum, dicuntur verè amare solum DEUM, sic dum confidimus in re creata, quatenus

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 166

tenus est à Deo mota, vel instrumen-  
tum Dei, verè dicimur in solo Deo cõ-  
fidere.

ADHÆC sapientes viri & spiritu *veg. in C.*  
Dei afflati monent: quamvis modo iã *Trid. l. 15.*  
dicto licitum sit fiduciam ponere in o- *ca. 18.*  
peribus bonis, quæ in gratia Dei facta  
esse probabili coniectura arbitramur,  
securius tamen esse ad effugiendam  
omnem superbix speciem, & ad pro-  
merendam ybcriorem Dei misericor-  
diam, omnium obliuisci meritorum  
atque integrè omnem fiduciam collo-  
care in mera Dei pietate & clementia,  
ac CHRISTI Domini nostri meritis. Sic  
enim & Ecclesia facit in quibusdam o-  
rationib, Nam in Canone Missæ his v-  
titur verbis. *Intra quorum sanctorum Dom. 2. ad.*  
*consortium non a stimator meriti, sed ve. in secreta.*  
*nia quasumus largitor admitte. Et in a-*  
*lia Oratione. Placare, quasumus, Demi-*  
*ne, humilitatis nostra precibus et hostijs:*  
*& ubi nulla suppetunt suffragia meri-*  
*torum, tuis nobis succurre prasidijs.*  
Quas phrascs vsurpat Ecclesia procul-  
dubio, non vt deroget iustorum meri-  
tis, quæ docet esse necessaria, & gloria  
æterna digna, sed vt indicet securius  
esse

esse sectari humilitatem, & memoria bonorū operum nostrorū seposita, omnia reuocare ad diuinā pietatem & misericordiam, à qua profecta sunt omnia nostra bona & merita.

HANC doctrinā, quam hactenus tradidimus, ad cōplectendū diffidentiam nostri, tradidit quoq; Cōcilium Tridētinum; quod, postquā declarauit bona opera iustorum virtute Christi esse vitæ æternæ meritoria, & iusticiam, quā iustus habet, etiam si sit iusticia ipsius,

C. Trid. s. c.  
86.

verè eius animæ inhærens, non esse ab ipso, sed à Deo per Christi merita, adiungit hæc verba: *Neg. verò illud ostendendum quod licet bonis operibus in seipsis literis tanta tribuantur: absque tamen, ut Christianus homo in seipso vel confidat, vel gloriatur, Et non in Domino, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorū velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.*

Quod diximus autem de operibus bonis in gratia factis, & de sanctis, possumus dicere de quocunq; medio humano, ut diffidamus de ijs quatenus ab industria humana tunc profecta; quatenus verò à Deo tanquam instrumenta quædam

DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 168

quædam sunt assumpta aliquo modo  
in ijs confidamus, quia hæc confidētia  
reuocatur ad eā quæ in solo Deo collo-  
catur. Ratio huius doctrinæ est, quod  
spes, quæ vera virtus est, niti debeat  
fundamento solido, vt certò suum cõ-  
sequatur effectũ, & fiat, quod A postu-  
lus dicit, *Spes nõ confundit*, hoc est, non  
permittit hominem frustra aliquid spe-  
rare: at omnia media humana, qua ho-  
minis sunt, nec firma sunt & stabilia,  
nec certam efficacitatem habent, spe-  
ciatim in effectis tam sublimibus, vt in  
acquisitione solidarum virtutum, ea-  
rumq; incremento. Itaque secundum  
hãc cõsiderationē nõ potest in illis cõ-  
fidere, vti dictũ est. Hoc enim, inquit  
S Augustinus, esset confidere in men-  
dacio & vanitate, & maledictioni Dei  
se subijcere. *Omnis enim homo, teste*  
*scriptura, mendax.* Quatenus vero De-  
us vitur medijs humanis tãquam in-  
strumentis ad operandum nostram sa-  
lutem; magnam soliditatem habent &  
efficaciam, eosque effectus certò cõse-  
quuntur, ad quos Deus illa ordinãrit, &  
hac ratione possumus in ijsdem fidu-  
ciam collocare.

Rom. 5.

Aug. in ps.  
36. & ep.  
52 psal. 30.  
Psal. 115.  
Eccl. 1.

VNDE

3. Tho. 22. Vnde difertè S. THOMAS scribit; nō  
 q. 25. a. 1. viruperari eos, qui confidunt in homi-  
 Bann. 22. nibus tanquam Dei instrumentis &  
 q. 18. a. 4. ministris. Vbi notandum est, non solum  
 iustos, sed etiam peccatores diuina gra-  
 tia destitutos posse eiusmodi fiduciam  
 vsurpare, hoc est, verè confidere, quod  
 beneficio bonorum operum, quæ di-  
 uina opitulante gratia fecerunt, libera-  
 di sint à multis malis, & parandi per-  
 pñitiam ad obtinendam remis-  
 sionem peccatorum, & gratiam amif-  
 sam recuperandam. Cuius ratio est,  
 quod æquè peccatoribus ac iustis, vt  
 promissa, ita etiam parata sint auxilia  
 diuina, si ad Deum conuerti voluerint.

8. Tho. in  
 14. dist. 15.  
 q. 1. a. 3. q. 4.

HÆC ergo sit huius tractatus con-  
 clusio, vt si veras & solidas virtutes af-  
 sequi velimus, & in earum studio in-  
 dies proficere, ac salutem æternam pro-  
 mereri, ex animo nobis ipsis, nostrisq;  
 viribus diffidamus, omnemq; fidu-  
 ciam deinceps in omnipotentiam mi-  
 sericordiamq; Dei, ac merita Christi  
 Domini nostri conijciamus: quæ no-  
 bis nunquam subtrahetur, si diuinum  
 auxilium orationibus, bonorumq;  
 operum exercitijs impetremus. Hæc  
 enim

**DIFFIDENTIA SVI IPSIVS 170**

enim est voluntas Dei, sanctificatio no 1. *Thef 4*  
stra. Et hoc est quod vult Deus, omnes 1. *Tim. 2.*

saluos fieri, & neminem perire. Hoc  
auxilium diuinum efficaciam præbere  
debet omnibus conatibus & operibus  
nostris, hoc per quoduis medium ope-  
rari potest salutem nostram, hoc in o-  
mnibus precibus & actionibus nostris  
imploramus dicentes cum regio pro-  
pheta David. *Leuaui oculos meos in mō* *Psalm. 120.*

*tes, hoc est, in cœlum, unde veniet*  
*auxilium mihi. Auxilium meū*  
*à Domino, qui fecit cœ-*  
*lum & terram.*

**TRA**